

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

ues
1910

Gough
Gen. Top.
50.

MSS M

Habeo ad manus dissertationem
& Mappam Dr Wm Stukeley de
Rhetd of Cirencester, 1751 publica-
-tam: non habeo editionem
Bertrami 3 script Britan cod. ann
Hafniae publicatam. Nunquam
vidi Bertramum, qui apud nos
mortuus est 1765 & linguas Gallicam
& Anglicam vitam docendo justi
nuit. Ab illis quicum cogitatum
habuerunt non omnino probatur.
Credibile tamen est illud itinera-
-rium suppositicium non esse, & per-
hibetur Bertramus eum codicem
MStum lege auctionis publica
emisse post mortem Hafniensis
cujusdam historiae cultoris cujus
nomen ignoro. Facile potuerunt
antiquiore tempore codices qui ad
res Britannicas spectant transmitti
in Daniam ita ut eorum memoria
in Anglia penitus extincta sit. Haec
res est altioris indagini, sed vix credo
Bertramum aliquid tale effingere
potuisse si vel voluerit.
J. Henschlegel ad M. Lort.



HISTORIÆ BRITANNICÆ SCRIPTORES TRES.

GIL
DAS
NEN
NIUS
RI
CARD
US.
SCRIPTORES HISTORIÆ.
CB inv & fc. 1752

B. J. I. 14.

BRITANNICARUM GENTIUM HISTORIÆ ANTIQUÆ *SCRIPTORES TRES:*

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

RICARDUS CORINENSIS,
GILDAS BADONICUS,
NENNIUS BANCHORENSIS.

Recenſuit NOTISque & INDICE auxit

CAROLUS BERTRAMUS

SOCIETATIS ANTIQUARIORUM LONDINENSIS SOCIUS. &c.

HAVNIÆ:
Impenſis EDITORIS, MDCCLVII.

SOCIETATI REGIÆ
LONDINENSI
ARTIUM. ET DISCIPLINARUM MATRI
LONGE CELEBERRIMÆ
NEC NON
SOCIETATI ANTIQUA-
RIORUM
BRITANNICORUM
FILIÆ TALI GENITRICE DIGNISSIMÆ,
SCRIPTORES HOS
BRITANNICÆ GENTIS HISTORIÆ OPTIMOS
IN GRATIAM PATRIÆ EDITOS
EA QUA PAR EST OBSERVANTIA
D. D. D.

CAROLUS BERTRAMUS
LONDINENSIS.

Imprimatur,

BERNH. MÖLLMANN Dr.

hoc tempore Univ. Regiæ Rector.

Candido & Benevolo Lectori.

TANTO cum candore, tantaque cum laude, receptis à literato orbe, quæ hucusque edidi, ſcriptis, nec non iis, quæ in DAUW, (a) &c. emendavi, eique addidi, officii mei eſſe arbitror non grates ſolum idcirco publice atque ſolemniter perſolvere, verum & quantum permiſerit ingenii modulus, denuo inſervire. Si genio indulgere licet, verſabor præcipue circa illuſtrationem rerum, earumque maxime abſtruſarum in hiſtoria antiqua. Unum

(a) *M. Johann Dauw* wohlunterrichteter und Kunſterfahrner Schilderer und Mahler, aus der Antiquität und denen beſten Schriftſtellern vermehrte und verbeſſerte Auflage, herausgegeben von *Carl Bertram*. Copenhagen und Leipzig 1755. 8. 528. pagg.

alterumve ſcriptum, ex quo maximus uſus ſperandus, emendatum in lucem proferam. Studebo inprimis, pro re nata, talia notiora reddere ſcripta, quæ ad penitius perſpiciendas & illuſtrandas antiquitates Septentrionales, Brito-Romanas, ac Anglo-Saxonicas, aliquid faciunt.

PATRIÆ meæ, quod boni civis eſt, cum plurimum debeam, à præſenti opuſculo, quod heic ſiſto, initium faciendum eſſe credidi. Continet illud TRIGAM SCRIPTORUM, qui nobis inſularum Britannicarum deſcriptionem & hiſtoriam, usque ad Saxonum adventum in easdem, & Angliæ, quæ per eos facta eſt, occupationem, ſuppeditant.

I. Ordine inter eos primus eſt RICARDUS, qui, licet ipſius opuſculum, quod inter curioſa alia, bene multa, miro modo mihi in manus venit, non in omnibus ſuis abſolutum ſit numeris, (a) non tamen ad infimam hiſtoricorum mediæ ætatis claſſem eſt referendus. Longe melioris ævi multos pannos purpuræ, & fragmenta egregia continet, quæ ſingula fruſtra

(a) Ne tempore quidem LELANDI, ſi idem eſt, cujus Coll. Tom. 4. p. 32. ſub titulo *Fragmenti Hiſtoriolæ de ritannia*, id quod nec omni caret veroſimilitudine.

fruſtra alibi quæſiveris, omnia vero Antiquariis noſtris ſunt utiliſſima. Auctor creditur celeberrimus RICARDUS CORINENSIS, è Cirenceſtria (a) oriundus. Monachus is erat Benedictinorum ordinis, WESTMONASTERII, qui hiſtoriæ Britannicæ, Anglo-Saxonicæ & Anglicæ ſuo tempore peritiſſimus, cognomine CHRONOGRAPHI (b) ornatus eſt. Quæ ulterius ad hiſtoriam ejus pertinent, relinquo Amico meo longe æſtumatiſſimo, maxime reverendo & clariſſimo Domino D. GULIELMO STUKELEY, R. S. S. &c. hominibus demerendis nato, qui ſummo cum ſtudio, quæ ad hiſtoriam auctoris noſtri faciunt congeſſit, (c) editurus eam, quod in votis eſt, in lucem. Opuſculum ipſum quod attinet, à Domino ſupra nominato, & ſingulis, quibus videre contigit, habitum eſt κειμήλιον,

 dignum,

(a) *Ciciter*, *Cirenceſter*, *civitas paſſerum*, the old true name is *Churnceſter*, PTOLEMÆO *Corinium*. LELANDI Coll. T. 4. p. 158.

(b) JAMESII Eclogæ Oxonio-Cantabrigienſes. p. 69. N. 248.

(c) I perſiſt in my thoughts of your publiſhing RICARDUS WESTMONAST. I have got many memoirs of his Birth, Family, & life. Dr. STUKELEY ad Editorem 12. Febr. 1749-50.

dignum, quod impreſſum ab interitu liberetur. Reverentiam erga ipſum quodammodo teſtandi gratia, imprimi illud curavi. (a)

II. Alterum locum occupat GILDAS BADONICUS, authenticorum hiſtoricorum Britanniæ antiquiſſimus, qui, ut nobis notior ſit, &, quod jam ſperare licet, rectius, quam hucuſque factum eſt, intelligatur, meretur certiſſime. Lectiones variantes celeberrimi THOMÆ GALE, quo iis, qui iisdem delectantur, ſatisfieret, retinui.

III. Agmen denique claudit NENNIUS BANCHORENSIS proximo poſt GILDAM loco poſitus, ſub cujus nomine, plurima, qui NENNII ſunt, codicum ſcripta habemus exemplaria, ita ut BALEUS & plurimi alii eos confundant. *Eulogium* ejus, ceu monetam antiquiſſimam ærugine obductam porrigo, nec à ſordibus liberare auſus ſum, ne typus perderetur. Attamen, quo, quæ ſup-

(a) *Bertramo* tuo me commendatum facias oro. Fragmentum M S *Ricardi Monachi Weſtmonaſteriens:* rarum eſt *Cimelium.* Ego non indignum cenſeo ut prelo committat, opus noſtris Antiquariis acceptiſſimum. D. STUKELEY ad Clariſſ. virum JOANNEM GRAMMIUM I. Sept. 1747.

ſuppoſititia ſuſpicor, pateant Lectori, commata ad latus addidi, eaque, quæ interpolata eſſe certiſſime perſuaſum habeo in textu ipſo non ſignis ſolum diſtingui, verum & typis diverſis imprimi curavi. (a)

Pagina 48. MAPPAM ANTIQUISSIMAM 'BRITTANIÆ FACIEI ROMANÆ SECUNDUM 'FIDEM PERVETERUM *artificialiter* DEPICTAM adjunxi, quæ raritate & antiquitate, reliquum RICARDI commentarii longe ſuperat. In annotatis id ipſum ex certis indiciis evictum dedi. Tendunt quæ annotavi, ad noſtros illuſtrandos auctores, & dilucidandum antiquiſſimum Britanniæ ſtatum; Indicem calci libelli adjeci. Spem foveo certiſſimam, doctos me eodem, quo hucusque favore, dignaturos eſſe. Qua ipſorum benevolentia excitabor ad pergendum in propoſito. Hiſtoriæ regni, cujus jam incola ſum, non parum lucis affundet, hiſtoria Regis CANUTI MAGNI, quem jure MAXIMUM dixeris, à me, labor quamvis & opus difficillimum ſit, bono cum ſucceſſu elaborari cœpta.

(a) Vide pag. 96, 97, 99, 101, 102. &c.

Maxime vero gauderem, ſi meo exemplo, alios ad æmulationem excitare poſſem, ut forma hac ad uſum bene accommodata, RICARDI *ſpeculum hiſtoriæ*, initium ducens, ab anno 449, qui finis ponitur noſtro commentariolo, nec non ejusdem *Chronicon-Anglo-Saxonum*, quæ, cum feliciter in manus inciderint reverendiſſimi in CHRISTO patris MATTHÆI PARKERI Archiepiſcopi Cantuarienſis, injuriis temporum exempta, ejusque donatione in Bibliothecam publicam, quæ CANTABRIGIÆ eſt, translata, ciſtæ incluſa, diligentiſſime cuſtodita, ſine dubio adhuc ſuperſunt (a), aliaque hujus auctoris ſcripta, apud alios obvia, reſtituerent. *Librum vetuſtiſſimum de Britannia* (b), BEDÆ *Opuſculum de ſitu Britanniæ & mirabilibus ejusdem* (c), *incerti auctoris Chronicon de Britannia* (d), idque genus alia, quæ abſque dubio multum lucis affunderent noſtris hiſtoriis

(a) N. 2428. 248. item 1343. Cod. MSS. collegii S. Benedicti N. 66. Tractatus 2dus. Epitome Chronicorum Ric. Cic. Monachi Weſtmonaſterii.

(b) Jameſii Eclogæ pag. 44. N. 53.

(c) Jameſii pag. 72. N. 32. Tractatus 13tius. CCC. D. 1. 4

(d) Jameſii Eclogæ pag. 46. N. 7. Tractatus 3tius.

ſtoriis & geographiæ veteri, in publicum tradere, res eſſet MÆCENATE, opibus inſtructo, digniſſima, nec ipſi, nec familiæ ulli damno. Gloriam eo nanciſceretur, nec auro nec opibus conciliandam, nomenque poſteris æque ſacrum redderet, ac ſi quid egregie, utiliterque ipſe ſcripſiſſet, & concinnaſſet.

Tali ſtudio, quod bonum civem decet, multa monumenta egregia, quæ jam ſunt unica, hincque periculo interitus expoſita, in ſeros uſque poſteros propagarentur. *Arte typographica* gaudent ſecula noſtra. Medio hoc utamur, quo nec ferrum nec ignis nobis theſauros tanti pretii adimant. Utiliſſimum ſane, ſi hoc jam dudum factum fuiſſet, vel, ut rectius dixerim, ſi fieri potuiſſet. Temporum enim, ante inventum hocce immortalitatis conciliandæ medium, facies longe alia. BRITONUM reliquias igne perdunt ROMANI. Ab his relicta SCOTI, PICTI, atque ANGLO-SAXONES, devaſtant, ac demum PIRATÆ Septentrionales, ad unum omnia interitui tradunt, libri, monaſteria cremantur, ipſique monachi vi ignis, è medio tolluntur.

Tot

PRÆFATIO.

Tot calamitates paſſæ ſunt plurimæ nationes, & pleraque regna, è quibus mala haud minora, quam ex turbis illis domeſticis exorta. Non morabimur circa Livii librum CV, nec circa ea, quæ Fabius Rusticus ſcripſit, & quæ de regibus Britonum & de prœliis ipſorum à noſtrate noſtro Gilda Sapiente concinnata fuere, quæ licet maximi momenti, tamen injuriis temporum fuerunt conſumpta. Amiſimus tali eventu: Prolixam Britanniæ deſcriptionem à Diodoro Siculo conſignatam, quod ex ipſiſſimis ejus verbis *Bibliothecæ Lib.* V. *c.* 21. patet. ‘ *Noſtro vero ſeculo* Cajus Cæſar, ‘ *qui* Divi *nomen rebus geſtis promeruit, omnium* ‘ *qui memorantur primus inſulam in poteſtatem* ‘ *redegit*, Britannos*que debellatos certum pen-* ‘ *dere tributum coegit. Verum hæc particu-* ‘ *latim ſuo tempore, explicabuntur.* Et ite- ‘ rum c. 22. *At de inſtutitis* Britannorum, ‘ *aliisque peculiariter huic inſulæ adjunctis tracta-* ‘ *bimus ſpeciatim, quando ad* Cæſaris *in* Britan- ‘ nium *expeditionem fuerit perventum.* ’ Periit quoque cum Taciti IX. X. & initio XI. annalium, accuratiſſima expeditionis Claudii, ejuſque Proprætorum in Britanniam de-

deſcriptio. Scripſit quoque AMMIANUS MARCELLINUS librum, in quo ſe Britanniæ ſitum '*pro captu virium explanaſſe*' dicit lib. 28. qui periit. Poëta AUSONIUS his verbis: '*Aut Italum populus, aquilonigenaſque Britannos*
'*Præfecturarum titulo tenuere ſecundo.* Eyd. X. teſtatur ſe de Legatis Britannicis ſcripſiſſe, quod opus eadem cum prioribus paſſum eſt fata. Sortem haud benigniorem ſubiit TABULA THEODOSIANA, aut ſic dicta PEUTINGERIANA, quæ in Auguſta Bibliotheca Viennenſi nunc ſervatur (a), in qua pene totius Britanniæ Stationes, Incolæ, Fluvii, &c. deſcripta, exceptis forte, quæ in RICARDO noſtro, & ANONYMO RAVENNATE reperiuntur, fragmentis.

Quantum quæſo, damnum monumentis noſtris attulit Monaſteriorum, ſub regimine HENRICI VIII. ſubverſio, monachis ejectis, bonisque ipſorum & libris publice venditis. Facile intelligitur, optima monumenta à peregrinis emta fuiſſe, cum, ſi famæ receptæ & inveteratæ credere liceat, '*unus* POLYDO-
'RUS VIRGILIUS, *quæſtor tunc apud nos Pon-*
'*tificius*,

(a) Accurata deſcripta & edita per D. SCHEYBIUM. *Vienna* 1753. Fol. maj.

PRÆFATIO.

Tot calamitates paſſæ ſunt plurimæ nationes, & pleraque regna, è quibus mala haud minora, quam ex turbis illis domeſticis exorta. Non morabimur circa Livii librum CV, nec circa ea, quæ Fabius Rusticus ſcripſit, & quæ de regibus Britonum & de prœliis ipſorum à noſtrate noſtro Gilda Sapiente concinnata fuere, quæ licet maximi momenti, tamen injuriis temporum fuerunt conſumpta. Amiſimus tali eventu: Prolixam Britanniæ deſcriptionem à Diodoro Siculo conſignatam, quod ex ipſiſſimis ejus verbis *Bibliothecæ Lib.* V. *c.* 21. patet. ‘ *Noſtro vero ſeculo* Cajus Cæſar, ‘ *qui* Divi *nomen rebus geſtis promeruit, omnium* ‘ *qui memorantur primus inſulam in poteſtatem* ‘ *redegit*, Britannos*que debellatos certum pen-* ‘ *dere tributum coegit. Verum hæc particu-* ‘ *latim ſuo tempore, explicabuntur.* Et ite- ‘ rum c. 22. *At de inſtutitis* Britannorum, ‘ *aliisque peculiariter huic inſulæ adjunctis tracta-* ‘ *bimus ſpeciatim, quando ad* Cæſaris *in* Britan- ‘ nium *expeditionem fuerit perventum.* ’ Periit quoque cum Taciti IX. X. & initio XI. annalium, accuratiſſima expeditionis Claudii, ejuſque Proprætorum in Britanniam de-

deſcriptio. Scripſit quoque AMMIANUS MARCELLINUS librum, in quo ſe Britanniæ ſitum '*pro captu virium explanaſſe*' dicit lib. 28. qui periit. Poëta AUSONIUS his verbis: '*Aut Italum populus, aquilonigenaſque Britannos* '*Præfecturarum titulo tenuere ſecundo.* Eyd. X. teſtatur ſe de Legatis Britannicis ſcripſiſſe, quod opus eadem cum prioribus paſſum eſt fata. Sortem haud benigniorem ſubiit TABULA THEODOSIANA, aut ſic dicta PEUTINGERIANA, quæ in Auguſta Bibliotheca Viennenſi nunc ſervatur (a), in qua pene totius Britanniæ Stationes, Incolæ, Fluvii, &c. deſcripta, exceptis forte, quæ in RICARDO noſtro, & ANONYMO RAVENNATE reperiuntur, fragmentis.

Quantum quæſo, damnum monumentis noſtris attulit Monaſteriorum, ſub regimine HENRICI VIII. ſubverſio, monachis ejectis, bonisque ipſorum & libris publice venditis. Facile intelligitur, optima monumenta à peregrinis emta fuiſſe, cum, ſi famæ receptæ & inveteratæ credere liceat, '*unus* POLYDO-'RUS VIRGILIUS, *quæſtor tunc apud nos Pon-*'*tificius*,

(a) Accurata deſcripta & edita per D. SCHEYBIUM. *Viennæ* 1753. Fol. maj.

'*tificius*, *navem iſtis Spoliis onuſtam à ponte Rhoſ-*
'*fenſi Romam miſerit*," plurimaque manuſcripta Angliæ, in privatorum manus & obſcuros terræ angulos perveniſſe, de quo queritur celeberrimus D. ROBERTUS PLOT (b). Quamvis deinceps legatis &c. pars aliqua bibliothecis publicis reſtituta, & adjecta ſit, nihilominus tamen magna pars in bibliothecis privatis adhuc latet, vel plane interiit.

Nonne ergo devotiſſima cum gratiarum actione, ſummoque cum gaudio, omnia hæc, rite penſitantes, gratias ſolvere oportet Numini T. O. M. quod omni tempore VERBUM SUUM, immediate nos ad ſalutem manuducens, liberaverit ab igne & ferro; (b) & defenderit in ſingulis perſecutionibus contra Satanæ, & malorum prava conſilia.

(a) Great part of the MSS. in England are, as it were, loſt to the World, lying ſecretly in Corners, & in private Hands, no Man knowing either what MSS there be, or where to find them. *Hearnii* LELANDS Itin. Vol. 2. p. 132.

(b) Vide infra p. 72. hujus Editionis.

RICARDI CORINENSIS

MONACHI

WESTMONASTERIENSIS

DE SITU

BRITANNIÆ

LIBRI DUO.

E Codice MS. deſcripſit, Notisque & Indice adornavit

CAROLUS BERTRAM.

BALE'S Præf. to LELANDE'S New Year's gift.

As ye find a notable antyquyte, ſuch as are the Hyſtoryes of GILDAS and NENNIUS amonge the *Brytaines*, STEPHANIDES and ASSERIUS among the *Englishe Saxons* lete them anon be imprented, and ſo brynge them into a nombre of Coppyes both to their and your owne perpetual fame.

RICARDI MONACHI
WESTMONASTERIENSIS
COMMENTARIOLI GEOGRAPHICI
de ſitu *BRITTANIÆ* & ſtationum
quas ROMANI ipſi in ea inſula ædificaverunt

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

FINIS erat orbis ora Gallici littoris, niſi Brittania inſula, non qualibet amplitudine, nomen pene *orbis alterius* mereretur. octingentis enim & amplius millibus paſſuum longa porrigitur: ita ut eam in Caledonicum usque promuntorium metiamur.

II. Veteres Britanniam, ab albis rupibus, primùm ALBIONEM, poſtea, vocabulo gentis ſuæ, BRITTANIAM cognominaverunt, cum *BRITTANICÆ* vocarentur omnes, de quibus mox paulò dicemus.

III. Inter Septemtriones & occidentem locata eſt, Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, maxumis Europæ partibus magno intervallo adverſa, oceano Athlantico clauditur.

IV. Habet ipſa Brittania à meridie Galliam Belgicam, cujus proximum littus transmeantibus civitas aperit, quæ Rhutupis portus dicitur, hic abeſt à Geſſoriaco Morinorum, Brittanicæ gentis portu, trajectu millium L. ſive, ut quidam ſcripſere, ſtadiorum CCCCL. illinc conſpiciuntur BRITTONES quos

——— *penitus toto diviſos orbe* ———

canit Virgilius Maro in Eclogis.

V. Agrippa, vetus orbis deſcriptor, latitudinem ejus CCC. m. p. credit. Beda verò rectiùs CC. exceptis duntaxat prolixioribus diverſorum promuntoriorum tractibus quibus efficitur ut circuitus ejus quadragies octies ſeptuaginta quinque millia paſſuum compleat. Marcianus author Græcus mecum MDIↃↃLXXV. milliaria habet.

Caput II.

Albion, quæ Brittania Magna à Chryſoſthomo authore Græco dicitur, natura, ut refert Cæſar, triquetra & Siciliæ maxume ſimilis eſt, cujus unum latus eſt contra Galliam Celticam, hujus lateris alter angulus, qui eſt ad Cantium, ad orientem ſolem; inferior, qui eſt ad Ocrinum promuntorium apud Damnonos, ad meridiem & Hiſpaniam Tarraconenſem ſpectat. hoc latus tenet circiter millia paſſuum D.

II. Alterum latus vergit ad Hyberniam & occidentem ſolem, hujus eſt longitudo lateris, ut fert Veterum opinio, DCC. m. p.

III. Tertium eſt contra Septemtriones cui parti nulla eſt objecta terra, præter inſulas; ſed ejus angulus lateris maxumè ad Germaniam Magnam ſpectat, huic à Novanto cherſoneſo per Taixalorum regionis angulum Cantium promuntorium uſque millia paſſuum DCCC. in longitudinem eſſe exiſtimatur. Ita omnes inſulam computabant in circuitu vicies centena millia paſſuum, ſed errant, nam à Cantio Ocrinum uſque m. p. eſt diſtantia CCCC. inde Novantum M. deinde Cantium MMCC. totius inſulæ circuitus, ut ſupra, MMMCCCCCC. millia paſſuum eſt.

IV. For-

IV. Formam totius Brittaniæ Livius & Fabius Ruſticus, veterum doctiſſimi authores, oblongæ ſcutulæ vel bipenni aſſimilavere. &, ut annalium conditor Tacitus, eſt ea facies citra Caledoniam, unde & in univerſam fama eſt transgreſſa; ſed immenſum & enorme ſpatium procurrentium extremo jam littore terrarum, velut in cuneum tenuatur. ſed Cæſar, inclutiſſimus Dictator, cum Mela Romanorum nobili ſcriptore, pluribus eam triquetræ dixere ſimilem. de quo ſupra.

V. Si Ptolemæo, orbis terrarum deſcriptori egregio, aliisque, coævis illi ſcriptoribus habenda fides, litteram Z, ſed inverſam, repræſentat hæc inſula, nec tamen ex omni parte exacte quadrare hoc ſimile ſufficienter præbet recentiori ævo deſcriptarum mapparum inſpectio. Triquetra tamen figura ſoli Angliæ quodammodo videtur conveniens.

CAPUT III.

CÆTERUM Brittaniam qui mortales initio coluerint, indigenæ an advecti, ut inter nationes cæteras, parum compertum. Solis quippe Judæis, & per ipſos finitimis quibusdam gentibus, hoc contigit felicitatis, ut à primo inde mundi exordio gentis ſuæ originem continua ſerie ex infallibilibus deducere poſſint monumentis.

II. Habitus corporum varii, atque ex eo argumenta. namque rutulæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem aſſeverant; Silurum colorati vultus, & torti plerumque crines, & poſitu contra Hiſpaniam, ut author eſt Tacitus, Iberos

veteres trajeciſſe, easque & in Hybernia ſedes occupaſſe fidem faciunt. Proximi Gallis & ſimiles ſunt, ſeu durante originis vi, ſeu procurrentibus in diverſa terris, poſitio cœli corporibus habitum dedit.

III. Heic, ſi luberet indulgere fabulis, notare poſſem Venetos ope commercii navalis incolas religionesque his terris primùm intuliſſe, imò non deſunt ſcriptores qui Herculem huc quoque perveniſſe, regnumque conſtituiſſe, referunt; his verò tam altè reconditis antiquitatibus, fabulis hinc inde refertis, immorari vix operæ pretium videtur.

IV. In univerſum tamen eſtimanti, Gallos vicinum ſolum occupaſſe credibile eſt. eorum ſacra deprehendas, ſuperſtitionum, ait Tacitus, perſuaſionem. ſermo haud multum diverſus. pro ulteriori ſigno inſervit Druidum traditio, unà cum nominibus civitatum, quæ verò omnes iis nominibus appellabantur, quibus gentes, ortæ ex Galliæ civitatibus, quæ eò pervenerunt, atque agros colere ceperunt.

V. Hominum eſt, inquit Cæſar, infinita multitudo, creberrimàque ædificia, ferè Gallicis conſimilia, pecora ſine numero.

VI. Omnium tamen humaniſſimi, qui Brittaniam auſtrinam incolebant, neque multum à Gallis differebant conſuetudine; ulteriores plerique frumenta non ſerebant, ſed lacte, fructu & carne vivebant, lanæ iis uſus ac veſtium ignotus erat, & quanquam continuis frigoribus utebantur pellibus, tamen cervinis aut ovinis veſtiti erant, & lavabantur in fluminibus.

VII. Omnes verò ſe Brittones olim vitro infecerunt, quod cœruleum efficit colorem, atque, refert Cæſar, hoc horribiliore ſunt in pugna adſpectu. capilloque ſunt, ut ait Romanorum Dux, promiſſo, atque omni

omni parte corporis raſa præter caput & labrum ſuperius.

VIII. Uxores habebant Brittones deni duodenique inter ſe communes, & maxume fratres cum fratribus, parentes cum liberis; ſed, ſi qui erant ex his nati, eorum habebantur liberi, à quibus primùm virgines quæque ductæ erant. ſua quemque mater uberibus alit, nec ancillis, nec nutricibus delectantur.

IX. Utebantur aut nummo æreo, aut annulis ferreis, ad certum pondus examinatis, pro nummis, ut author eſt Cæſar Dictator.

X. Leporem & gallinam & anſerem guſtare Brittones fas non putabant, hæc tamen alebant animi voluptatisque cauſa.

XI. Erant autem margaritæ, frena heburnea, & armillæ, & electrina atque vitrea vaſa, & gagates lapides, &, quod cæteris excellit, ſtannum, ~~magna~~ copia merces.

XII. Utebantur & navibus, quarum carinæ primùm ac ſtatumina ex levi materia fiebant, reliquum corpus navium ambitus viminibus contextus coriis bubulorum integebatur. quantocunque tempore curſus tenebant, ut author eſt Solinus, navigantes, eſcis abſtinent.

De Re militari Brittonum.

XIII. Fert ipſa Brittania populos Regesque populorum, ut Mela lib. III. ſcripſit, ſed ſunt inculti omnes, atque ut longiùs à continenti abſunt, ita aliarum opum ignari, magis tantum pecore ac finibus dites; cauſas autem & bella contrahunt, ac ſe frequenter invicem infeſtant, maxume imperitandi cupidine ſtudioque ea prolatandi, quæ poſſident. ſolitum

quidem, Brittones fœminarum ductu bellaſſe, neque ſexum in imperiis diſcreviſſe.

XIV. Dimicabant Brittones non ſolum equitatus peditatuſque modo, ſed etiam bigis & curribus, Gallicè armati, covinos, eſſedas verò more vulgari, vocabant, quorum falcatis axibus utebantur.

XV. Equitum genus eſt, iis, quum eſt uſus, atque aliquod bellum incidit, ut Cæſar eſt author, quod antè Romanorum adventum ferè quotannis accidere ſolebat, uti aut ipſi injurias inferrent, aut illatas propulſarent. omnes in bello verſantur, atqui eorum, ut quisque eſt genere copiisque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clientesque habet. hanc unam gratiam potentiamque noverunt.

XVI. In pedite erat Brittonum robur, prœliantur autem telis & ingentibus gladiis & brevibus cetris. erant Brittonum gladii, ut ait Tacitus, ſine mucrone.

XVII. Genus hoc erat ex eſſedis pugnæ, ut Cæſar in IV. narrat. primo per omnes partes perequitant. & tela conjiciunt, ac ipſo terrore equorum, & ſtrepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: & quum ſe inter equitum turmas inſinuavere, ex eſſedis deſiliunt & pedibus diſpari prœlio contendunt. Aurigæ interim paululum è prœlio excedunt, atque ita ſe collocant, ut, ſi illi à multitudine hoſtium premantur, expeditum ad ſuos receptum habeant. ita mobilitatem equitum, ſtabilitatem peditum in prœliis præſtant; ac tantum uſu quotidiano, & exercitatione efficiunt, ut in declivi, ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & brevi moderari, ac flectere, & per temonem percurrere, & in jugo inſiſtere, & inde ſe in currus citiſſimè recipere conſueverint.

XVIII.

XVIII. Equeſtris autem prœlii ratio, & cedentibus & inſequentibus par atque idem periculum inferebat. accedebat huc, ut nunquam conferti, ſed rari, magnisque intervallis prœliarentur, ſtationesque diſpoſitas haberent, atque alios alii deinceps exciperent, integrique & recentes defatigatis ſuccederent. utebantur & telis.

XIX. Formam regiminis Brittanici, antè advectos in hanc inſulam Romanos, determinare haud facile: hoc certum, quod nullum ibi antè hæc tempora Monarchici imperii veſtigium, ſed Democraticum fuiſſe, potiùs videtur, niſi fortè Ariſtocratiam æmulari videatur. Druidum in rebus maxumi momenti authoritas non exigua. commemorantur quidem in antiquiſſimis eorum monumentis Principes nonnulli, hi verò brevioris plerumque imperii, nec, niſi ingruente eximio quodam periculo, & more Dictatorum Romanorum ex tempore creati videntur. nec deſunt inter ipſos, apud alias fortes gentes, rariſſima exempla, electi ab illis in futurum antiſignanum ipſius hoſtium Duces, ut pro illis in poſterum militaret, quem nuper hoſtem habuerant.

XX. Proceritate corporis Gallos æque ac Romanos vincunt Brittones, ita ut viſos ſibi Romæ juvenes nondumque adultos Brittones Strabo Philoſophus, orbis terræ deſcriptor antiquiſſimus, affirmet, qui ſolitam Gallorum Romanorumque ſtaturam non levi momento excedebant.

XXI. Ditiores auſtralis Brittaniæ incolæ aureo digitorum ſiniſtræ medium annulo ornare in more habuerunt, aurea verò è collo ſuſpenſa torques à vilioris conditionis hominibus diſcernebat optimatum eminentiores. Septentrionales verò (hi veteres erant

regni indigenæ) veſtium uſus ſicuti ac à longo inde tempore avi abavique, tantum non ignari, ventrem & cervicem ferreo cingunt, ut fert Herodianus, nobilis Græcorum ſcriptor, annullo. ornamentum id eſſe ac divitiarum argumentum exiſtimantes, accedente in uſum potiùs quam ornatum ſcuto anguſto, & lancea, gladioque è nudis & pictis corporibus dependente. loricam interim galeamque, futura nempe paludes transeuntibus impedimento, rejiciunt atque contemnunt.

XXII. Inter cætera autem fuit & hoc Brittanicæ conſuetudinis, ut viatores & mercatores etiam invitos conſiſtere cogerent, & quod quisque eorum de una alterave re apud exteros memorabile audierit, aut cognoverit, quærerent, & mercatores peregre advenientes in oppidis vulgus circumſiſteret; quibus ex regionibus veniant; quasque ibi res cognoverint, pronunciare cogentes, his rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt, quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſerviant, & plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant.

XXIII. Funera eorum ſunt magnifica & ſumptuoſa, omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam arma & animalia. ſepulchrum tumulus *ex* ceſpitibus erigit.

Caput IV.

Natio Brittonum fuit omnis, ut Gallorum, admodum dedita religionibus; atque ob eam cauſam qui gravioribus affecti morbis, quique in prœliis pericu-

riculisque verſabantur, aut pro victimis homines immolabant, aut ſe immolaturos vovebant.

II. Ad peragenda crudelia hæc ſacra, Druidum utebantur miniſterio; nec credebant placari poſſe Deos niſi hominis cædes humano ſanguine penſaretur. hinc inſtituta publicè iſtiusmodi ſacrificia, oblataque, ut gratiſſima Diis hoſtia, qui in furto, latrocinio, aliave graviori culpa deprehenſi, his verò deficientibus, ad innocentium quoque mactationem deſcendebant, ut quocunque demum modo Dii placarentur.

III. Niſi adfuerint Druides, res ſacra rite celebrari non credebatur. hinc publica non minus quam privata ſacra procurandi negotium illis unicè incumbebat. erat penes hoc religionis cura, æque ac myſteriorum interpretatio, corporis quoque & ſanitatis ſive tuendæ, ſive reſtituendæ curam habebant, continuò medicinæ peritiſſimi.

IV. Inter Deos ipſis præcipuè colebatur Mercurius, cujus plurima proſtabant ſimulachra. poſt hunc Juſtitiam, quæ Brittonibus Adraſte dicebatur. hinc Apollinem, Martem, qui etiam Vitucadrus appellabatur. Jovem, Minervam, Herculem, Victoriam, Andatem vocatam, Dianam, Cybelem & Plutonem venerabantur, eandem ferè de his Numinibus ac quidem aliæ gentes opinionem amplexi.

V. A Dite autem, ut & Galli, gentis ſuæ originem deducere allaborabant Brittones. antiquiſſimam hanc venditantes Druidum traditionem, eam ob cauſam quælibet temporum ſpatia, non dierum, ſed noctium numero definiebant, dieique menſis & anni natalis initia ita numerare conſueverunt, ut capto à nocte initio dies ſubſequeretur, quæ conſuetudo omnino convenit cum antiquiſſima illa, quæ Gen. I. habetur noctium ac dierum computatione.

regni indigenæ) veſtium uſus ſicuti ac à longo inde tempore avi abavique, tantum non ignari, ventrem & cervicem ferreo cingunt, ut fert Herodianus, nobilis Græcorum ſcriptor, annullo. ornamentum id eſſe ac divitiarum argumentum exiſtimantes, accedente in uſum potiùs quam ornatum ſcuto anguſto, & lancea, gladioque è nudis & pictis corporibus dependente. loricam interim galeamque, futura nempe paludes transeuntibus impedimento, rejiciunt atque contemnunt.

XXII. Inter cætera autem fuit & hoc Brittanicæ conſuetudinis, ut viatores & mercatores etiam invitos conſiſtere cogerent, & quod quisque eorum de una alterave re apud exteros memorabile audierit, aut cognoverit, quærerent, & mercatores peregre advenientes in oppidis vulgus circumſiſteret; quibus ex regionibus veniant; quasque ibi res cognoverint, pronunciare cogentes, his rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt, quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſerviant, & plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant.

XXIII. Funera eorum ſunt magnifica & ſumptuoſa, omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam arma & animalia. ſepulchrum tumulus *ex* ceſpitibus erigit.

Caput IV.

Natio Brittonum fuit omnis, ut Gallorum, admodum dedita religionibus; atque ob eam cauſam qui gravioribus affecti morbis, quique in prœliis pericu-

riculisque verſabantur, aut pro victimis homines immolabant, aut ſe immolaturos vovebant.

II. Ad peragenda crudelia hæc ſacra, Druidum utebantur miniſterio; nec credebant placari poſſe Deos niſi hominis cædes humano ſanguine penſaretur. hinc inſtituta publicè iſtiusmodi ſacrificia, oblataque, ut gratiſſima Diis hoſtia, qui in furto, latrocinio, aliave graviori culpa deprehenſi, his verò deficientibus, ad innocentium quoque mactationem deſcendebant, ut quocunque demum modo Dii placarentur.

III. Niſi adfuerint Druides, res ſacra rite celebrari non credebatur. hinc publica non minus quam privata ſacra procurandi negotium illis unicè incumbebat. erat penes hoc religionis cura, æque ac myſteriorum interpretatio, corporis quoque & ſanitatis ſive tuendæ, ſive reſtituendæ curam habebant, continuò medicinæ peritiſſimi.

IV. Inter Deos ipſis præcipuè colebatur Mercurius, cujus plurima proſtabant ſimulachra. poſt hunc Juſtitiam, quæ Brittonibus Adraſte dicebatur. hinc Apollinem, Martem, qui etiam Vitucadrus appellabatur. Jovem, Minervam, Herculem, Victoriam, Andatem vocatam, Dianam, Cybelem & Plutonem venerabantur, eandem ferè de his Numinibus ac quidem aliæ gentes opinionem amplexi.

V. A Dite autem, ut & Galli, gentis ſuæ originem deducere allaborabant Brittones. antiquiſſimam hanc venditantes Druidum traditionem, eam ob cauſam quælibet temporum ſpatia, non dierum, ſed noctium numero definiebant, dieique menſis & anni natalis initia ita numerare conſueverunt, ut capto à nocte initio dies ſubſequeretur, quæ conſuetudo omnino convenit cum antiquiſſima illa, quæ Gen. I. habetur noctium ac dierum computatione.

regni indigenæ) veſtium uſus ſicuti ac à longo inde tempore avi abavique, tantum non ignari, ventrem & cervicem ferreo cingunt, ut fert Herodianus, nobilis Græcorum ſcriptor, annullo. ornamentum id eſſe ac divitiarum argumentum exiſtimantes, accedente in uſum potiùs quam ornatum ſcuto anguſto, & lancea, gladioque è nudis & pictis corporibus dependente. loricam interim galeamque, futura nempe paludes transeuntibus impedimento, rejiciunt atque contemnunt.

XXII. Inter cætera autem fuit & hoc Brittanicæ conſuetudinis, ut viatores & mercatores etiam invitos conſiſtere cogerent, & quod quisque eorum de una alterave re apud exteros memorabile audierit, aut cognoverit, quærerent, & mercatores peregre advenientes in oppidis vulgus circumſiſteret; quibus ex regionibus veniant; quasque ibi res cognoverint, pronunciare cogentes, his rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt, quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſerviant, & plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant.

XXIII. Funera eorum ſunt magnifica & ſumptuoſa, omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam arma & animalia. ſepulchrum tumulus *ex* ceſpitibus erigit.

Caput IV.

Natio Brittonum fuit omnis, ut Gallorum, admodum dedita religionibus; atque ob eam cauſam qui gravioribus affecti morbis, quique in prœliis pericu-

riculisque verſabantur, aut pro victimis homines immolabant, aut ſe immolaturos vovebant.

II. Ad peragenda crudelia hæc ſacra, Druidum utebantur miniſterio; nec credebant placari poſſe Deos niſi hominis cædes humano ſanguine penſaretur. hinc inſtituta publicè iſtiusmodi ſacrificia, oblataque, ut gratiſſima Diis hoſtia, qui in furto, latrocinio, aliave graviori culpa deprehenſi, his verò deficientibus, ad innocentium quoque mactationem deſcendebant, ut quocunque demum modo Dii placarentur.

III. Niſi adfuerint Druides, res ſacra rite celebrari non credebatur. hinc publica non minus quam privata ſacra procurandi negotium illis unicè incumbebat. erat penes hoc religionis cura, æque ac myſteriorum interpretatio, corporis quoque & ſanitatis ſive tuendæ, ſive reſtituendæ curam habebant, continuò medicinæ peritiſſimi.

IV. Inter Deos ipſis præcipuè colebatur Mercurius, cujus plurima proſtabant ſimulachra. poſt hunc Juſtitiam, quæ Britonibus Adraſte dicebatur. hinc Apollinem, Martem, qui etiam Vitucadrus appellabatur. Jovem, Minervam, Herculem, Victoriam, Andatem vocatam, Dianam, Cybelem & Plutonem venerabantur, eandem ferè de his Numinibus ac quidem aliæ gentes opinionem amplexi.

V. A Dite autem, ut & Galli, gentis ſuæ originem deducere allaborabant Britones. antiquiſſimam hanc venditantes Druidum traditionem, eam ob cauſam quælibet temporum ſpatia, non dierum, ſed noctium numero definiebant, dieique menſis & anni natalis initia ita numerare conſueverunt, ut capto à nocte initio dies ſubſequeretur, quæ conſuetudo omnino convenit cum antiquiſſima illa, quæ Gen. I. habetur noctium ac dierum computatione.

regni indigenæ) veſtium uſus ſicuti ac à longo inde tempore avi abavique, tantum non ignari, ventrem & cervicem ferreo cingunt, ut fert Herodianus, nobilis Græcorum ſcriptor, annullo. ornamentum id eſſe ac divitiarum argumentum exiſtimantes, accedente in uſum potiùs quam ornatum ſcuto anguſto, & lancea, gladioque è nudis & pictis corporibus dependente. loricam interim galeamque, futura nempe paludes transeuntibus impedimento, rejiciunt atque contemnunt.

XXII. Inter cætera autem fuit & hoc Brittanicæ conſuetudinis, ut viatores & mercatores etiam invitos conſiſtere cogerent, & quod quisque eorum de una alterave re apud exteros memorabile audierit, aut cognoverit, quærerent, & mercatores peregre advenientes in oppidis vulgus circumſiſteret; quibus ex regionibus veniant; quasque ibi res cognoverint, pronunciare cogentes, his rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt, quorum eos è veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſerviant, & plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant.

XXIII. Funera eorum ſunt magnifica & ſumptuoſa, omniaque, quæ vivis cordi fuiſſe arbitrantur, in ignem inferunt, etiam arma & animalia. ſepulchrum tumulus *ex* ceſpitibus erigit.

Caput IV.

Natio Brittonum fuit omnis, ut Gallorum, admodum dedita religionibus; atque ob eam cauſam qui gravioribus affecti morbis, quique in prœliis pericu-

riculisque verſabantur, aut pro victimis homines immolabant, aut ſe immolaturos vovebant.

II. Ad peragenda crudelia hæc ſacra, Druidum utebantur miniſterio; nec credebant placari poſſe Deos niſi hominis cædes humano ſanguine penſaretur. hinc inſtituta publicè iſtiusmodi ſacrificia, oblataque, ut gratiſſima Diis hoſtia, qui in furto, latrocinio, aliave graviori culpa deprehenſi, his verò deficientibus, ad innocentium quoque mactationem deſcendebant, ut quocunque demum modo Dii placarentur.

III. Niſi adfuerint Druides, res ſacra rite celebrari non credebatur. hinc publica non minus quam privata ſacra procurandi negotium illis unicè incumbebat. erat penes hoc religionis cura, æque ac myſteriorum interpretatio, corporis quoque & ſanitatis ſive tuendæ, ſive reſtituendæ curam habebant, continuò medicinæ peritiſſimi.

IV. Inter Deos ipſis præcipuè colebatur Mercurius, cujus plurima proſtabant ſimulachra. poſt hunc Juſtitiam, quæ Britonibus Adraſte dicebatur. hinc Apollinem, Martem, qui etiam Vitucadrus appellabatur. Jovem, Minervam, Herculem, Victoriam, Andatem vocatam, Dianam, Cybelem & Plutonem venerabantur, eandem ferè de his Numinibus ac quidem aliæ gentes opinionem amplexi.

V. A Dite autem, ut & Galli, gentis ſuæ originem deducere allaborabant Britones. antiquiſſimam hanc venditantes Druidum traditionem, eam ob cauſam quælibet temporum ſpatia, non dierum, ſed noctium numero definiebant, dieique menſis & anni natalis initia ita numerare conſueverunt, ut capto à nocte initio dies ſubſequeretur, quæ conſuetudo omnino convenit cum antiquiſſima illa, quæ Gen. I. habetur noctium ac dierum computatione.

VI. Ad Druides magnus diſciplinæ cauſa confluebat adoleſcentium numerus, hi quippe in magno erant apud ipſos honore, nam ferè de omnibus controverſiis, publicis privatisque, conſtituebant, & ſi quod admiſſum erat facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controverſia erat, iidem decernebant. præmia pœnasque conſtituerunt, ſi quis aut privatus aut publicus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicebant. hæc excluſionis pœna apud eos erat graviſſima. quibus ita interdictum, ii numero impiorum ac ſceleratorum habebantur. iis omnes decedebant, aditum eorum ſermonemque defugientes, ne quid ex contagione incommodi acciperent: neque iis petentibus jus reddebatur, neque honos habebatur ullus.

VII. His autem omnibus Druidibus præerat unus, qui ſummam inter eos poteſtatem habebat & authoritatem. hoc mortuo, ſucceſſor dabatur, qui inter reliquos excellebat dignitate. at ſi plures eſſent dignitate pares, ſuffragio Druidum res committebatur; nonnunquam etiam de Principatu armis contendebant.

VIII. Druides à bello abeſſe ſolebant, neque tributa una cum reliquis pendebant, militiæ vacationem, omniumque rerum habebant immunitatem. tantis excitati præmiis, & ſua ſponte multi in diſciplinam conveniebant, & à propinquis parentibusque mittebantur.

IX. Magnum ibi numerum verſuum ediſcere ſolebant. quod unicum apud eos memoriæ & annalium genus: itaque nonnulli annos vicenos in diſciplina permanebant. neque fas eſſe exiſtimarunt eam litteris mandare, quum tamen in reliquis ferè rebus, publicis privatisque rationibus, Græcis litteris uterentur. *id mihi duabus de cauſis*, inquit D. Julius *inſtituiſſe videntur*;

dentur; quod neque in vulgus disciplinam efferri velint; neque eos, qui discunt, litteris confisos, minus memoriæ studere. quod ferè plerisque accidit, ut præsidio litterarum, diligentiam in perdiscendo, ac memoriam remittant.

X. Inprimis hoc persuadere allaborabant, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios; atque hoc maxumè ad virtutem excitari putabant, metu mortis neglecto. multa præterea de syderibus atque eorum motu, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum vi ac potestate disputabant, & juventuti tradebant sollicitè.

XI. Non est omittenda de Visco admiratio. nichil habebant Druides visco & arbore, in qua gignatur (si modo sit robur) sacratiùs. jam per se roborum eligebant lucos. nec ulla sacra sine ea fronde conficiebant, ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Δρυιδες (Druides) videri. enimverò quicquid adnascatur illis, è cœlo missum putabant, signumque esse electæ ab ipso Deo arboris. est autem id rarum admodum inventu, & repertum magna religione petitur, & antè omnia sexta luna, quæ principium mensium annorumque bis facit, & seculi, post tricesimum annum; quia jam virium abunde habebat. nec tamen sit sui dimidia. Omnia sanantem appellantes suo vocabulo. sacrificio epulisque rite sub arbore præparatis duos admovebant candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primùm vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandebat, falce aurea dimetiens. candido id excipiebatur sago. tunc demum victimas immolant, precantes, ut suum donum Deus prosperum faceret, his, quibus dederant, fœcunditatem eo poto dari cuicunque animali sterili arbitrabantur, contraque venena omnia, esse remedio. tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio fuerat!

XII.

XII. Druidarum diſciplina in noſtra Brittania reperta, atque inde in Galliam translata eſſe exiſtimatur. unde Plinius eleganter declamat lib. XXX. his verbis: *Sed quid ego hæc commemorem in arte Oceanum quoque transgreſſa, & ad naturæ inane pervecta? Brittania hodieque eam attonitè celebrat tantis ceremoniis, ut dediſſe Perſis videri poſſit.* idem Julius Cæſar affirmat in Ephemeridis. *Et nunc, qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerumque illo, diſcendi cauſſa, proficiſcuntur.*

XIII. Druides certo anni tempore in finibus Brittaniæ, in inſulæ Monæ luco conſecrato, conſidebant. huc omnes undique, quos inter controverſia, conveniebant, eorumque judiciis decretisque acquieſcebant.

XIV. Præter Druides apud Gallos atque Brittones erant Bardi poetæ, qui Deûm Heroumque res geſtas heroicis expoſitas verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitabant.

XV. De his ambobus ita cecinit Lucanus vates his verſibus, quibus hoc caput finiam.

Vos quoque, qui fortes animas, bellóque peremptas
Laudibus in longum, vates! dimittitis ævum,
Plurima ſecuri ſtuduiſtis carmina Bardi.
Et vos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum, Druidæ, poſitis repetiſtis ab armis.
Solis noſſe Deos, & cœli Numina vobis,
Aut ſolis neſcire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis. vobis authoribus, umbræ
Non tacitas Erebi ſedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt; regit idem ſpiritus artus
Orbe alio: longæ, canitis, ſi cognita, vitæ
Mors media eſt. certe populi, quos deſpicit Arctos,

Felices

Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maxumus, haud urget Lethi metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis: & ignavum redituræ parcere vitæ.

CAPUT V.

OPIMA frugibus atque arboribus inſula, & alendis apta pecoribus ac jumentis. vineas etiam quibusdam in locis germinans. ſed & avium ferax terra marique generis diverſi. fluviis quoque multum piſcoſis, ac fontibus præclara copioſis, & quidem præcipuè Iſicio abundat & anguilla.

II. Capiuntur autem ſæpiſſimè & vituli marini, & delphines, nec non & ballenæ, de quo apud Satyricum mentionem inveniamus:

Quanto delphinis ballena Brittanica major?

III. Exceptis autem variorum generibus conchyliorum, in quibus ſunt & muſculi, quibus incluſam ſæpè margaritam, omnis quidem coloris optimam inveniunt, id eſt, & rubicundi, & purpurei, & hyacinthini, & praſini, ſed maxumè candidi, ut ſcripſit venerabilis Beda in prima Eccl. hiſt. ad Regem Colfulfum.

IV. Sunt & cochleæ, ſatis ſuperque abundantes, quibus tinctura coccinei coloris conficitur, cujus rubor pulcherrimus, nullo unquam ſolis ardore, nulla valet pluviarum injuria palleſcere; ſed quò vetuſtior eſt, eò ſolet eſſe venuſtior.

V. Habet fontes ſalinarum & fontes calidos, & ex eis fluvios balnearum calidarum, omni ætati & ſexui

per

XII. Druidarum diſciplina in noſtra Brittania reperta, atque inde in Galliam translata eſſe exiſtimatur. unde Plinius eleganter declamat lib. XXX. his verbis: *Sed quid ego hæc commemorem in arte Oceanum quoque transgreſſa, & ad naturæ inane pervecta? Brittania hodieque eam attonitè celebrat tantis ceremoniis, ut dediſſe Perſis videri poſſit.* idem Julius Cæſar affirmat in Ephemeridis. *Et nunc, qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerumque illo, diſcendi cauſſa, proficiſcuntur.*

XIII. Druides certo anni tempore in finibus Brittaniæ, in inſulæ Monæ luco conſecrato, conſidebant. huc omnes undique, quos inter controverſia, conveniebant, eorumque judiciis decretisque acquieſcebant.

XIV. Præter Druides apud Gallos atque Brittones erant Bardi poetæ, qui Deûm Heroumque res geſtas heroicis expoſitas verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitabant.

XV. De his ambobus ita cecinit Lucanus vates his verſibus, quibus hoc caput finiam.

Vos quoque, qui fortes animas, bellóque peremptas
Laudibus in longum, vates! dimittitis ævum,
Plurima ſecuri ſtuduiſtis carmina Bardi.
Et vos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum, Druidæ, poſitis repetiſtis ab armis.
Solis noſſe Deos, & cœli Numina vobis,
Aut ſolis neſcire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis. vobis authoribus, umbræ
Non tacitas Erebi ſedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt; regit idem ſpiritus artus
Orbe alio: longæ, canitis, ſi cognita, vitæ
Mors media eſt. certe populi, quos deſpicit Arctos,

Felices

Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus, haud urget Lethi metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis: & ignavum redituræ parcere vitæ.

CAPUT V.

OPIMA frugibus atque arboribus inſula, & alendis apta pecoribus ac jumentis. vineas etiam quibusdam in locis germinans. ſed & avium ferax terra marique generis diverſi. fluviis quoque multum piſcoſis, ac fontibus præclara copioſis, & quidem præcipuè Iſicio abundat & anguilla.

II. Capiuntur autem ſæpiſſimè & vituli marini, & delphines, nec non & ballenæ, de quo apud Satyricum mentionem inveniamus:

Quanto delphinis ballena Brittanica major?

III. Exceptis autem variorum generibus conchyliorum, in quibus ſunt & muſculi, quibus incluſam ſæpè margaritam, omnis quidem coloris optimam inveniunt, id eſt, & rubicundi, & purpurei, & hyacinthini, & praſini, ſed maximè candidi, ut ſcripſit venerabilis Beda in prima Eccl. hiſt. ad Regem Colfulfum.

IV. Sunt & cochleæ, ſatis ſuperque abundantes, quibus tinctura coccinei coloris conficitur, cujus rubor pulcherrimus, nullo unquam ſolis ardore, nulla valet pluviarum injuria palleſcere; ſed quò vetuſtior eſt, eò ſolet eſſe venuſtior.

V. Habet fontes ſalinarum & fontes calidos, & ex eis fluvios balnearum calidarum, omni ætati & ſexui

per

XII. Druidarum diſciplina in noſtra Brittania reperta, atque inde in Galliam translata eſſe exiſtimatur. unde Plinius eleganter declamat lib. XXX. his verbis: *Sed quid ego hæc commemorem in arte Oceanum quoque transgreſſa, & ad naturæ inane pervecta? Brittania hodieque eam attonitè celebrat tantis ceremoniis, ut dediſſe Perſis videri poſſit.* idem Julius Cæſar affirmat in Ephemeridis. *Et nunc, qui diligentius eam rem cognoſcere volunt, plerumque illo, diſcendi cauſſa, proficiſcuntur.*

XIII. Druides certo anni tempore in finibus Brittaniæ, in inſulæ Monæ luco conſecrato, conſidebant. huc omnes undique, quos inter controverſia, conveniebant, eorumque judiciis decretisque acquieſcebant.

XIV. Præter Druides apud Gallos atque Brittones erant Bardi poetæ, qui Deûm Heroumque res geſtas heroicis expoſitas verſibus cum dulcibus lyræ modulis cantitabant.

XV. De his ambobus ita cecinit Lucanus vates his verſibus, quibus hoc caput finiam.

Vos quoque, qui fortes animas, bellóque peremptas
Laudibus in longum, vates! dimittitis ævum,
Plurima ſecuri ſtuduiſtis carmina Bardi.
Et vos barbaricos ritus, moremque ſiniſtrum
Sacrorum, Druidæ, poſitis repetiſtis ab armis.
Solis noſſe Deos, & cœli Numina vobis,
Aut ſolis neſcire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis. vobis authoribus, umbræ
Non tacitas Erebi ſedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt; regit idem ſpiritus artus
Orbe alio: longæ, canitis, ſi cognita, vitæ
Mors media eſt. certe populi, quos deſpicit Arctos,

Felices

Felices errore ſuo, quos ille timorum
Maxumus, haud urget Lethi metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis: & ignavum redituræ parcere vitæ.

CAPUT V.

OPIMA frugibus atque arboribus inſula, & alendis apta pecoribus ac jumentis. vineas etiam quibusdam in locis germinans. ſed & avium ferax terra marique generis diverſi. fluviis quoque multum piſcoſis, ac fontibus præclara copioſis, & quidem præcipuè Iſicio abundat & anguilla.

II. Capiuntur autem ſæpiſſimè & vituli marini, & delphines, nec non & ballenæ, de quo apud Satyricum mentionem inveniamus:

Quanto delphinis ballena Brittanica major?

III. Exceptis autem variorum generibus conchyliorum, in quibus ſunt & muſculi, quibus incluſam ſæpè margaritam, omnis quidem coloris optimam inveniunt, id eſt, & rubicundi, & purpurei, & hyacinthini, & praſini, ſed maxumè candidi, ut ſcripſit venerabilis Beda in prima Eccl. hiſt. ad Regem Colfulfum.

IV. Sunt & cochleæ, ſatis ſuperque abundantes, quibus tinctura coccinei coloris conficitur, cujus rubor pulcherrimus, nullo unquam ſolis ardore, nulla valet pluviarum injuria palleſcere; ſed quò vetuſtior eſt, eò ſolet eſſe venuſtior.

V. Habet fontes ſalinarum & fontes calidos, & ex eis fluvios balnearum calidarum, omni ætati & ſexui

per

per diſtincta loca, juxta ſuum cuique modum accommodatos.

VI. Naſcitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum; ſed ejus exigua eſt copia. ære utuntur importato. gignit & aurum, & argentum. fert & lapidem gagatem plurimum optimumque. eſt autem nigrogemmeus & ardens igni admotus, incenſus ſerpentes fugat, adtritu calefactus adplicita detinet æque ut ſuccinum.

VII. Et quia Brittania propè ſub ſeptentrionali vertice mundi jacet, lucidas æſtate noctes habet; ita ut medio ſæpè tempore noctis in queſtionem veniat intuentibus, utrum crepuſculum adhuc permaneat veſpertinum, an jam advenerit matutinum? utpote nocturno ſole non longè ſub terris ad orientem boreales per plagas redeunte. unde etiam plurimæ longitudinis habet dies æſtate, ſicut & noctes contra in bruma, ſole nimirum tunc in Lybicas partes ſecedente, id eſt, horarum X & VIII, ut author eſt Cleomedes. plurimæ item brevitatis noctes æſtate & dies habet in bruma, hoc eſt, VI. ſolummodo æquinoctialium horarum: cum in Armenia, Macedonia, Italia, cæterisque ejusdem lineæ regionibus longiſſima dies ſive nox XV, breviſſima VIIII, compleat horas.

VIII. Sed de Brittania Brittonibusque in genere ſatis prolixè commemoravi. res ipſa requirit ad particularia tandem deſcendere, atque, in ſequentibus, ſtatum fatumque diverſarum, quæ hanc inſulam incoluerunt, nationum, quæ eandem nobilitarunt, civitates, *cet.* quales ſub ditione Romana erant, ex ordine depingere mei jam erit propoſiti.

Caput

CAPUT VI.

BRITTANIA, ſecundum accuratiſſima veterum, quæ propiùs fidem ſunt, monumenta, erat omnis diviſa in partes ſeptem; quarum ſex alio atque alio tempore imperio Romano adjectæ fuerunt, ſeptima verò ſub ſolis barbaris Caledoniis.

II. Supra dictæ Brittaniæ partes erant Brittania Prima, Secunda, Flavia, Maxima, Valentia & Veſpaſiana. quarum ultima non diu ſtetit in manibus Romanorum. ex his Brittaniam Primam à Flavia Thameſis flumen, à Britannia Secunda mare dividit. Flavia initium capit à mari Germanico, continetur Thameſi fluvio, Sabrina à finibus Silurum Ordovicumque, vergit ad Septemtriones & Brigantum regionem. Maxima ab extremis Flaviæ finibus oritur pertinet ad inferiorem partem muri, qui totam ex transverſo percurrit inſulam, ſpectatque in Septemtriones. Spatium inter ambos, hunc & alium, qui ab Imperatore Antonino Pio inter Bdoram & Clyddam extructus eſt, murum occupat Valentia*na*. Veſpaſiana autem à Bdoræ æſtuario ad civitatem Alcluith, unde linea ad oſtium fluminis Vararis ducta terminos oſtendit. Secunda ad eam partem Oceani, quæ ad Hyberniam pertinet, ſpectat inter occaſum & Septemtriones. ſed de provinciis ſatis.

III. Neceſſarium verò ducimus, antequam ad accuratiorem nos conferamus deſcriptionem, Regiminis in hiſce Provinciis conſtitutionem paucis attingere. deprehendimus adeoque, totam antiquiſſimis temporibus, plurium Regulorum Statuumque arbitrio diviſim paruiſſe Brittaniam, quorum nonnulli, etiam poſt occupatam à Romanis Provinciam, ſuperfuiſſe commemo-

morantur. ſed vix umbra Regiæ dignitatis iſtis Principibus relicta, contrarium nempe diſſuadente politicâ illâ, quâ Romani olim, præ cultiſſimis etiam quibusque gentibus, inclaruerunt prudentia. Victricibus Romanorum armis ſubjugatæ imperatoriâ authoritate conſtitutus præerat LEGATUS, ipſa Brittania verò Provincia erat PROCONSULARIS. per plures hæc Imperii conſtitutio duravit ætates, licet in plures interim ipſa inſula diviſa fuerit partes. primùm nempe in *ſuperiorem* & *inferiorem*, deinceps verò, uti antea demonſtravimus, in *ſeptem* diſpertita *Provincias*, mutatâ regiminis formâ. deinde diu paruit, ut imperatoria ſedes, hæc inſula Carauſio, eisque, quos in ſocietatem adſciverat, Tyrannis. gloria & præſidium Chriſtianiſmi Conſtantinus Magnus creditur Maximam & Valentiam CONSULARES, Primam, Secundam & Flaviam PRÆSIDIALES feciſſe, toti verò inſulæ præpoſitus eſt VICARIUS vir perſpicabilis ſub diſpoſitione viri illuſtris Domini Præfecti Prætorii Galliæ. præter quem in vetuſto quodam volumine circa eadem tempora commemoratur aliquis eximiæ dignitatis vir, titulô COMITIS BRITTANIARUM inſignis, alius itidem, COMES LITTORIS SAXONICI, tertius præterea DUX BRITTANIÆ dictus, aliique plures, magnis præfecti muneribus, quæ, cum diſtincta eorum notitia, injuria temporis, impetrari non potuerit, cogimur taciti præterire.

IV. Prolixum nunc tandem iter ingredior, totam non minus inſulam, quam ſingulasque ejus partes curioſa luſtraturus indagine, preſſurusque optimorum in hoc negotiô authorum veſtigia. fiat verò ab extremâ Primæ provinciæ orâ initium, cujus littora Galliæ objiciuntur. tres verò laudatiſſimos validiſſimosque

Status,

Status, Cantianum nempe, Belgicum & Damnonicum complectitur hæc provincia, de quibus eâ, quâ fieri poterit, curâ nobis ſigillatim agendum. Cantium primò luſtremus.

℣. V. Ad extremam Brittaniæ Primæ orientalem oram remotam CANTIVM, Cantiis quondam habitatum, civitatibus Durobrobi & Cantiopoli, quæ eorum metropolis. hic ſepultus eſt D. Auguſtinus Anglorum Apoſtolus. Dubræ, Lemanus & Regulbium, præſidiô à Romanis munita, eorumque Primarium Rhutupi, deducta eô Coloniâ, Metropolis factum, portusque claſſi Romanorum, quæ Oceano Septentrionali dominabatur, recipiendæ factus idoneus. tanti nominis fuit hæc civitas, ut littora vicina ex ea dicta ſint Rhutupina, de quibus Lucanus poeta:

Aut vaga cum Thetis Rhutupinaque littora fervent.

inde quoque ingentia & grati ſaporis oſtrea Romam translata, ut author eſt Juvenalis Satyricus his verbis:

——————— Circeis nata forent, an
Lucrinum ad ſaxum, Rhutupinóve edita fundo
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu.

Statio etiam fuit ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis littoris Saxonici legionis ſecundæ Auguſtæ.

VI. Quam plurimis hoc Cantiorum regnum fluminibus rigatur, quorum celebriora: Madus, Sturius, Dubris & Lemanus, qui Cantios à Bibrocis diſcernebat.

VII. Inter tria iſta præcipua Brittaniæ promuntoria, eminet illud, quod à Cantio nomen habet. ibi Oceanus in angulum quaſi redactus curſum ita promovet, fluxionemque ſuam donec, ut Veteres tradunt,

fretum iſtud Oceani, quod jam Brittaniæ format inſulam, effecerit.

VIII. A Cantio vaſta illa, quæ Anterida nonnullis, aliis Caledonia dicta ſylva latè extenditur ad CL. milliaria per Bibrocorum ac Segontiacorum terras ad Heduorum uſque fines excurrens. de hac ſylva ita cecinit Lucanus:

Unde Caledoniis fallit turbata Brittanos.

IX. Cantiis proximi, &, ut putant nonnulli, ſubjecti Bibroci, qui & aliis Rhemi dicuntur; natio in monumentis non penitus ignota, quibus habitatum Bibroicum, Regentium, Noviomagumque metropolis. Anderidam verò occupatam tenuerunt Romani.

X. Confines illis apud ripam Thameſis habitabant Attrebates, quorum urbs primaria Caleba.

XI. Infra hos, propius flumen Cunetium, habitabant Segontiaci, quorum caput fuit Vindonum.

XII. Ad Oceanum, Bibrocis affines, inferius habitabant, ſic dicti, Belgæ, quorum urbes primariæ Clauſentum, quod nunc *Sotheamptona* dicitur, Portus Magnus, omniumque præcipua Venta, nobiliſſima civitas ad flumen Antonam ſita. Sorbiodunum verò tenebat præſidium Romanorum. Omnes enim Belgæ Allobroges ſunt, & ſuam à Celtis Belgisque originem traxere. hi, non multis ante Cæſaris adventum in hanc inſulam ſeculis, relictâ patriâ Galliâ, à Germanorum Romanorumque populis infeſtatâ, atque devictâ, illi, qui, trajecto flumine Rheni, eorum expugnatas occupavere regiones, de quo autem prolixius M. Dictator Cæſar, ſedem heic ſibi elegerunt.

XIII. Omnes regiones, quæ Thameſi, verſus meridiem, adjacent, olim, uti vetera monumenta declarant, à bellicoſa Senonum gente fuerunt occupatæ; qui

qui, ſub ductu & auſpicio decantatiſſimi Regis Brenni, peragratâ Galliâ, Alpibusque, adhuc inviis, ſibi patefactis, Romam faſtu elatam iſta incurſione vaſtam ſolo facile æquaſſent, niſi Rempublicam Romanam, quam more nutricis in ſinu quaſi geſtare (dum infra deſtinatum ab illis faſtigium agebat) videbantur Fata, cladem averſura Manlium clangore anſeris excitaſſent, qui, circa montem unum pendentes, & nocte ſubeuntes, Barbaros à ſummo Capitolio dejecit. huic eadem Numinum cura Camillum poſtea auxilio miſit, qui abeuntes à tergo aggreſſus ita cecidit, ut Senonici ſanguinis inundatione omnia incendiorum veſtigia deleret, urbemque ita ruinæ proximam ab interitu vindicaret. Senones autem ob valentiſſimam hanc expeditionem natale ſolum, ut cultoribus vacuum, ita prædâ refertiſſimum alienæ genti, quam Belgas ſupra nominatos, fuiſſe, ſatis liquet, conceſſerunt.

XIV. Ad Sabrinam, Thameſi inferius, habitabant Hedui, urbes eorum Iſchalis & Avalonia. Thermæ, quæ & Aquæ Solis nuncupabantur, Romanorum, qui hanc Brittaniæ oram tenebant, factæ colonia & perpetua ſedes. urbs nominatiſſima hæc erat, ad flumen Abonam ſita, ibique fontes calidi, opiparo exſculpti apparatu, ad uſus mortalium; quibus fontibus præſules erant Apollinis & Minervæ Numina, in quorum ædibus perpetui ignes nunquam labaſcunt in favillas, ſed ubi ignis tabuit vertitur in globos ſaxeos.

XV. Infra Heduorum terras ſiti erant Durotriges, qui & Morini aliàs vocantur. Metropolin habebant Durinum & promuntorium Vindeliam. in horum finibus ſenſim coarctatur Brittania, & immenſum efformare videtur brachium, quod irruptionem minitantem commodè repellit Oceanum.

XVI. In hoc brachio, quæ intermiſſione Uxellæ amnis, Heduorum regioni protenditur, ſita erat regio Cimbrorum. utrúmne verò modernum Walliæ nomen dederint, an verò antiquior ſit Cimbrorum origo? non æque conſtat. urbes illis præcipuæ Termolus & Artavia. viſuntur hic, antiquis ſic dictæ, Herculis columnæ, & non procul hinc inſula Herculea. ſed à fluminis Uxellæ finibus continuum procurrit montium jugum, cui nomen Ocrinum, extremumque ejus ad promuntorium ejusdem nominis extenditur.

XVII. Ultra Cimbros extremum inſulæ angulum incolebant Carnabii, unde forſitan, quod hodieque retinet nomen, obtinuit Carnubia. urbes habebant Muſidum & Halangium. cum verò has olim deſertas propemodum & incultas Brittaniæ partes Romani nunquam ſalutaverint, minoris omnino momenti urbes eorum fuiſſe videntur, & Hiſtoricis propterea neglectæ, Geographis tamen memorantur promuntoria Bolerium & Antiveſtæum.

XVIII. Memoratis modo populis in littore Oceani auſtrum verſus affines ad Belgas-Allobroges ſedem habebant Damnonii, gens omnium validiſſima, quæ ratio moviſſe videtur Ptolemæum, ut totum hunc terræ tractum, qui in mare brachii inſtar prætenditur, illis adſcripſerit. urbes habebant Uxellam, Tamaram, Volubam, Ceniam omniumque matrem Iſcam, fluvio cognomini imminentem. fluvii apud ipſos præcipui memorati modo Iſca, Durius, Tamarus atque Cenius. ora eorum maritima promuntoria exhibet tria, de quibus mox paulò dicemus. hanc regionem, utpote metallis abundantem, Phœnicibus, Græcis & Gallis mercatoribus probe notam fuiſſe conſtat. hi enim ob magnam, quam terra ferebat, ſtanni copiam

eò

eò ſua frequenter extendebant negotia; cujus rei præcipua ſunt documenta ſupra nominata tria promuntoria Helenis ſcilicet, Ocrinum & Κριὸς μέτωπον, ut & nomina civitatum, Græcam Phœniciamque originem rèdolentia.

XIX. Ultra brachium in Oceano ſitæ ſunt inſulæ Sygdiles, quæ etiam Oeſtrominides & Caſſiterrides vocabantur, dictæ.

XX. Cum prænominatis Damnoniis Belgisque conjunctis XXX prœlia commiſiſſe narratur valentiſſimus ille Imperator Veſpaſianus. decem hi ad auſtrales Thameſis & Sabrinæ ripas habitantes populi, à Romanis ſenſim ſubacti, eorumque regiones in provinciæ formam redactæ, quæ BRITTANIA PRIMA fuit appellata, cum hic fuerit in iſtis terris primus Romanorum victoriæ fructus.

XXI. Succedit ordine BRITTANIA SECUNDA quæ à prioribus, interfluente Sabrina amne, diſcernitur. à provincia autem Flavia, tum memoratus amnis, tum Deva fluvius eandem ſejungit, reliquum cingitur à mari Interno. Hæc erat celebrata illa regio Silurum, tribus validiſſimis habitata populis, quos inter præ reliquis celebres Silures propriè ſic dicti, quam ab ora relicta turbidum Sabrinæ fretum diſtinguit. cujus homines, ut eruditiſſimus Solinus eſt author, etiam nunc cuſtodiunt morem vetuſtum, nundinas ac nummum refutant, dant res & accipiunt; mutationibus neceſſaria potiùs, quam pretiis parant. Deos percolunt, ſcientiam futurorum pariter viri ac fœminæ oſtendunt.

XXII. Civitates Silurum, Sariconium, Magna, Gobaneum & Venta, eorum caput, fuerunt. Iſcæ verò, flumini imminentem urbem cognominem, tenebat

Romanorum Colonia, ibique per annos plures ſecunda legio, quæ Auguſta aliàs vocabatur, ſtationem habebat, donec Valentiam & Rhutupin transferebatur. hæc erat provinciæ Secundæ primaria Romana.

XXIII. Olim ac diu potens erat hæc Silurum regio, ſed, cum eam regno Charaticus tenuit, longe potentiſſima. hic continuis novem annis, omnia Romanorum arma pro ludibrio habita, ſæpe evertit, donec de illo, conjunctis viribus Romanos aggreſſuro, triumphavit Legatus Oſtorius. Charaticus enim, prælio evadens, auxiliumque à vicinis Regibus petens, per aſtutiam matronæ Romanæ Carthismandvæ cum Rege Brigantiæ Venutio nuptæ, Romanis deditus eſt. poſt id temporis maſculè tantum ſuam ipſius ditionem idem ille populus defendit uſque dum à Varionio ſpoliatus, ac tandem à Frontino devictus in formam Romanæ, cui BRITTANIA SECUNDA, ut ſupra meminimus nomen erat, provinciæ ſuum redigi pateretur imperium.

XXIV. Duæ aliæ ſub Siluribus gentes fuere, primum Ordovices, qui in ſeptentrionali verſus inſulam Monam: & deinde Dimeciæ, qui in extrema verſus occidentem parte degebant, ubi promuntorium quod Octorupium nuncupatur, unde in Hyberniam tranſitus XXX. milliarium. Dimeciarum urbes Menapia, & primaria Muridunum. Lovantium verò ſibi habitandum vendicaverant Romani. ultra hos & Silurum terminos ſiti Ordovices, quorum urbes Mediolanum & Brannogenium. Sabrina in montibus illorum oriunda majoribus tribus Brittaniæ fluviis meritò accenſetur, addito nempe Thameſi & Tavo. elucet imprimis in hiſtoria nomen Ordovicum ob ſumtam de inclutiſſimi ipſorum Regis captivitate vindictam. hinc enim

enim toties redactum in anguſtias exercitum Romanorum tam miſere vexarunt, ut de illorum ferè imperio in hac regione actum fuiſſet, ni in tantæ cladis vindictam poſtea ſurrexiſſet Dux Agricola, qui, victricia circumferens arma, totam quoque hanc gentem ſubjugavit, maximamque partem ferro delevit.

XXV. Huc quoque referendum illud, quod à ſeptentrione Ordovicum ſitum, ab Oceano alluitur, territorium, cum illorum regimini aliquandiu fuerit ſubjectum, hoc certo conſtat, quod illum Cangiani quondem inhabitaverint tractum, quorum urbs unica Segontium, promuntorio Cangano vicina. incluta hæc erat civitas, freto Meneviaco, contra Monam, religioſiſſimam inſulam, ubi olim Druides habitâre, adjacet. in hac inſula plurima ſita erant oppida, tota autem inſula in circuitu LX. m. p. ferè complectitur, atque, ut refert Plinius, à Camaloduno colonia CC. m. p. abeſt. fluvii apud ipſos Toſibus, qui & Canovius; pro terminis verò erat utraque Deva. in hac vero regione mons Eriri celſiſſimus maxumusque invenitur. Ordovicia una cum Cangiorum Carnabiorumque regionibus, ni fama me fallit, nomine Genaniæ ſub Imperatoribus poſt Trajani principatum inclareſcebat.

❦ XXVI. Ordo jam ad illam nos deducit provinciam, quæ FLAVIA Romanis vocata. unde verò hoc nomen acceperit, utrum à matre Conſtantini Magni Flavia Julia Helena, ex his terris oriunda? an verò à Romanorum familia Flavia? quominus determinari poſſit, obſtat injuria temporum, quæ nobis invidet genuina quæ huc facerent antiquitatis monumenta.

XXVII. Ad fluvium Devam primò ſiti erant Carnabii, quibus habitatæ fuerunt Benonæ, Etocetum, Banchorium, monaſterium totius inſulæ celeberrimum, quod in contentione Auguſtini everſum, non poſtea reſurrexit, & reliquarum mater Uriconium, quæ, inter Brittaniæ civitates maxumas, nomen poſſidebat. in extremo hujus terræ angulo flumini Devæ imminebat cognominis Romanorum colonia Deva, opus viceſimæ legionis, quæ Victrix dicebatur, & olim illius erat regionis tutela. hæc eadem eſſe exiſtimatur quæ jam *Weſt-Cheſtur* vocatur.

XXVIII. Infra nominatos regnum Caſſium à Rege Ptolemæo Catieuchlani appellatum extendebatur, aut Respublica potius, quæ ex binis gentibus coaluerat. harum, quæ Sabrinæ proxima, vocabatur Dobuni, vel, ut Dio celeberrimus ſcriptor annalibus inſeruit, Boduni. apud hos oritur flumen Thameſis & deinde longo ſpatio per fines Heduorum, Attrebatum, Caſſiorum, Bibrocorum, Trinobantum, & Cantiorum citatus fertur, & Oceanum Germanicum influit. urbes Dobunorum erant Salinæ, Branogena, ad ſiniſtram Sabrinæ ripam, Alauna, &, cui reliquiæ nomen laudemque debent, Corinum, urbs perſpicabilis, opus, ut tradunt, Veſpaſiani Ducis. Glevum verò, in extremo regni contra regionem Silurum ſitum, Romana tenebat colonia, quam deduxit Claudius Cæſar, ut ſcriptores de iſtis temporibus affirmant. finitimi illis Caſſii, quorum urbes Forum Dianæ & Verulamium. cum verò hæc ad municipiam dignitatem à Romanis evecta, ejus præ aliis urbibus eminentia illis omnino adſcribenda. hic natus erat D. Albanus Martyr. hæc civitas ruina Camaloduni, Londiniique, in ſeditione à Bondvica excitata, cujus in annalibus mentionem facit eruditiſſimus Tacitus, involuta erat.

hi

hi Caſſii olim, præ ceteris inſulæ gentibus, caput extulere, atque cum inclutiſſimo eorum Rege Caſſibellino (cui non paucæ nationes fuere tributariæ) Dictator Cæſar multos eosdemque graviſſimos, ſub readventum ipſius in hanc inſulam, habuit conflictus, ſed ab eadem ille gente cum Siluribus conjuncta fugatus, unde & emendatiſſimus Lucanus:

Territa quæſitis oſtendit terga Britannis.

adventante autem ipſo Imperatore Claudio, omnes cum vicinis fracti ſunt, eorumque regio in formam Romanæ provinciæ redacta, nomineque, CÆSARIENSIS, & poſtea FLAVIA, nuncupata.

XXIX. Juxta Caſſios, ubi ſe Oceano Thameſis propinquavit, regio Trinobantum ſita erat. natio quæ non modo ſponte in Romanorum conceſſit amicitiam, ſed illis quoque ut colonias ibi ponerent metropolim ſuam Lundinum & Camalodunum ad mare ſita obtulerunt. in hac urbe *Flavia Julia* Helena, piiſſima conjux Conſtantini Chlori, materque Conſtantini Magni, è ſanguine Regum Brittanicorum naſci memoriæ proditum dicunt. prima autem hæc Romanorum in Brittania coloniarum erat, templo Claudii, imagine Victoriæ, cum aliis diverſis ornamentis inſignis. Lundinum enim mundo cognita civitas erat & erit. primùm Trinovantum, poſtea Londinium, dein Auguſta, & nunc Londona rurſum. urbe Roma ſecundum chronicorum fidem, ſanè antiquior eſt, ſuper ripam Thameſis fluminis poſita, & ipſa multorum emporium populorum, terra marique venientium. hæc à piiſſima illa Imperatrice Helena. S. S. Crucis inventrice, circumvallata, atque, ſi fides ſit penes traditiones, quæ non ſemper erroneæ ſunt, nominata eſt Auguſta, tota autem Brittania ROMANA INSULA.

XXX. Limes huic populo ad ſeptentrionem flumen Surius, ultra quem habitabant Iceni, celeberrima natio, in duas gentes diviſa, quarum prior, Cenomanni habitans ad ſeptentrionem Trinobantes & Caſſios, ad orientem Oceanum ſpectabat. horum urbes Durnomagus & caput regionis Venta. Romanorum colonia erat Camboricum. in mare orientem verſus procurrens lingula dicitur Flavia extrema. fluminum notiſſima ſunt Garion, Surius & Aufona in ſinum Metorin ſeſe exonerans. ex altera parte ad Aufonam incolebant, Carnabiis Brigantibus & Oceano vicini, Coitanni, in tractu ſylvis obſito, qui, ut aliæ Brittonum ſylvæ, Caledonia fuit appellata. de hac autem III. mentionem facit hiſtoricus ille Florus. civitas primaria Coitannorum erat Ragæ, & præter hanc Romanorum colonia Lindum, in extrema ad orientem provinciæ ora. totam verò regionem bifariam ſecat fluvius Trivona. Hæc Icenorum gens, quæ, utpote ferociſſima bellique poſt hominum memoriam ſtudioſiſſima, omiſſis tam ruſticis quam civilibus artibus, ſua ſponte in Romanorum ſocietatem acceſſerat, non tantum mox defecerat, ſed ad ſui quoque imitationem alios quam plurimos excitaverat, ab Oſtorio Duce primùm ſub jugum miſſa eſt, aliquot poſt annos, quum Rex ipſorum, & animo & opibus valentiſſimus, Praſutagus moriens Cæſarem ejusdemque poſteros heredes fecerat. Romani autem Icenorum ſic abutentes amicitia, ut nulli non ſe luxuriæ dederint, ab iisdem poſtea ſociisque, ſub ductu bellicoſiſſimæ Bonduicæ, viduæ Regis ſupra nominati, ita infeſti ipſis ſunt redditi, ut combuſtis deletisque ipſorum coloniis ac municipio, civium denique Romanorum LXXX. M. ferro miſerè ſint trucidati; ſed poſtea ad officium redegit

degit Suetonius Legatus, multis prudentiæ nominibus ſuſpiciendus.

XXXI. Ad ſeptentrionalem hujus regionis plagam Oceano occurrit fluvius Abus, quondam terminorum provinciæ MAXIMÆ unus, uti alter Seteja. dicta quoque hæc provincia fuit Brigantiæ Regnum ſcilicit ejusdem nominis regionem complexa, tribusque habitata nationibus. in extrema orientali plaga, ubi promuntoria Oxellum & Brigantum extrema in mare procurrunt, habitabant Pariſii, quorum urbes Petuaria & Portus Felix.

XXXII. Supra hos, uti & ad latus, ſiti erant propriè ſic dicti Brigantes, gens numeroſiſſima, toti olim provinciæ leges præſcribens. his cultæ civitates, Epiacum, Vinovium, Cambodunum, Cataracton, Galacum, Olicana, & primaria Iſurium. Eboracum verò, ad Urum fluvium, caput provinciæ. primùm colonia nomine Sextæ à Romanis factum, ſextæque deinde legionis, quæ Victrix dicebatur, ſedes. deinceps verò plurium Imperatorum præſentia illuſtrior factum, municipii quoque auctum prærogativis.

XXXIII. Totam in æquales ferè partes provinciam dividunt montes Alpes Penini dicti. hi, ad Icenorum Carnabiorumque fines ad fluvium Trivonam ſurgentes, continua ſerie per CL. milliaria ſeptentrionem verſus decurrunt.

XXXIV. Populi, ad occidentalem hujus jugi partem habitantes, ſunt Volantii Siſtuntiique arctiori, ut videtur, fœdere conjuncti. urbes habebant Rerigonum, Coccium & Lugubalium, quarum tamen poſteriores binas Romanorum tenebant præſidia.

XXXV. Septentrionales hujus terræ limites tegebat murus iſte ſtupendæ molis, à Romanis per Iſthmum

ad

ad longitudinem LXXX. milliarium extenſus, cujus altitudo XII. craſſities verò IIX. pedes æquabat,* turribusque ornatus, murus erat.

XXXVI. Gentem hanc, ab Imperatore Claudio primùm infeſtatam, deinde ab Oſtorio Legato devictam, poſtea à Cereali fractam & magnam partem debellatam, ex hiſtoria colligitur. cum verò ſponte ſe Agricolæ dediſſet, pacem illi datam eſſe percepimus. Famam hujus gentis in hiſtoriis præcipue delêrunt turpia Reginæ ipſorum geſta inauditaque perfidia. ipſa harum potentium nationum progenies erat, quæ novas electura ſedes, ultimùm ultrò, patriæ, inter Alpes, Danubium & Rhodanum jacenti, valedicebat. ex his in Hyberniam poſtea nonnulli, ſedem ibi fixuri, tranſierunt, ut ex documentis conſtat.

XXXVII. His borealiores erant nationes iſtæ validiſſimæ olim ſub nomine Maætarum venientes, à quibus, mortuo patre, fratricida iſte Baſſianus ſuam turpiter pacem emit. regiones, quas tenuêre, ſequentes erant, in orientem Ottadinia, inde Gadenia, poſt hanc Selgovia, deinde Novantia, ſupra hos etiam Damnia.

XXXVIII. Muro proximi habitabant Gadeni, quorum metropolis Curia. ad Oceanum verò proprius ſiti Ottadini, eorumque caput Bremenium, ac apud hos fluvii Tueda, Alauna, & utraque Tina, infra murum decurrentes.

XXXIX. His occidentaliores ad Oceanum ſiti erant Selgovæ, eorumque urbes Corbantorigum, Uxellum & Trimontium, quam tamen ſat diu tenuit præſidium Romanorum, quod antiqua memorant monumenta. hujus regionis fluvii præcipui fuerunt Novius, Deva &, ex parte, Ituna.

XL.

XL. Ultra Devam, nuper dictam, ad Oceani quoque oram in extrema insulæ parte, Hyberniam versus, Novantes siti erant. apud quos celebris illa Novantum chersonesus, Hybernia distans milliaria XXVIII. hæc inter cuncta Brittaniæ promuntoria maxumè borea antiquis credebantur, juxta verò, æque ac illi, causam non video. metropolis horum Lucophibia, aliàs Casæ candidæ. fluvii verò Abrasuanus, Jena &, ad orientem regionis terminus, Deva.

XLI. Supra Novantes, Selgovas & Gadenos, interveniente montium Uxellorum serie, habitabant Damnii, prævalens quidem natio, sed quæ condito muro non parvum regionis suæ tractum amisit, à Caledoniis subjugatum & spoliatum. præter illud quod murum tuebatur præsidium Vanduarium tenebat Romanus miles.

XLII. Hic Brittania, rursus quasi amplexu Oceani delectata, angustior evadit, quam alibi, idque ob duo ista rapidissima, quæ infunduntur, æstuaria Bodotriam scilicet & Clottam. contractus hic Isthmus ab Agricola Legato primùm præsidio munitus erat. alium murum, in historiis nobilissimum, erexit imperator Antoninus, ad XXXV. circiter milliaria protensum; ut hoc medio barbarorum sisteret incursiones, qui & ab Ætio Duce demum reparatus est, undecimque firmatus turribus. has verò regiones pro illa habeo provincia, quæ per victoriosam Romanorum aciem sub Imperatore Theodosio revocata, atque in honorem Imperatoris, tunc ad clavum imperii sedentis, VALENTIANA dicta putatur.

❀ XLIII. Extra murum sita provincia VESPASIANA. hæc est illa Caledonia regio, à Romanis nimiùm quantum & desiderata militibus, & incolis valde defensa.

ſenſa. negotium, cujus amplam hiſtoriæ Romanæ, aliàs nimis de iſtiusmodi rebus ſilentes, mentionem faciunt. hic fluvium Tavum conſpicere licet, qui longo curſu regionem in duas quaſi partes diſſecare videtur. hic quoque arduum atque horrendum jugum Grampium offendimus, quod provinciam iſtam bifariam ſecabat. atque hæc eadem erat regio, quæ, à commiſſo inter Agricolam & Galgacum prœlio, Romanis utiliſſimo, famam in annalibus habet inſignem. hic vires eorum veteresque caſtramentationes hodieque magnitudo oſtendit mœnium. nam in loco ubi ingens ſupradictum prœlium habitum erat, quidam ordinis noſtri, hanc viam emenſi, affirmant, ſe immania vidiſſe caſtra, aliaque argumenta Taciti relationem confirmantia.

XLIV. Nationes verò, Romanis hic ſubjectæ, ordine jam ſequentur. ultra Iſthmum, uſque ad Tavum, gens erant Horeſtii, quorum urbes, poſt prætenturam quidem extructam, prius enim Damniis accenſebantur, fuerunt Alauna, Lindum, &, re non minus quam nomine reliquis glorioſior, Victoria, ab Agricola ad flumen Tavum XX. milliaria ab ejusdem in mare exitu ædificata, memoriæ proditum dicunt.

XLV. Supra hos ultra Tavum, qui limites conſtituit, erant Vecturones, ſive Venricones, quorum urbs primaria Orrea, fluvii verò Æſica & Tina.

XLVI. Oceani littus, ultra horum fines, accolebant Taixali, his urbium princeps Divana, fluvii autem Deva & Ituna. pars Grampii montis, quæ, ut promuntorium, late ſe in Oceanum, quaſi in Germaniæ occurſum, extendit, ab illis nomen mutuatur.

XLVII.

XLVII. His contermini ad occidentem, interveniente montium Grampiorum ſerie, exſtitêre Vacomagi, qui ampliſſimam regionem tenebant, quorum urbes Tueſſis, Tamea & Banatia. Romanorum autem ſtatio, ſimulque provinciæ urbs primaria, erat, ad oſtium fluvii Varar in littore ſitum, Ptoroton. notiores hujus regionis fluvii præter Vararem, qui provinciam terminabat, fuerunt Tueſis & Celnius.

XLVIII. Infra Vacomagos Tavumque habitabant Damnii-Albani. gentes parum notæ, & intra lacuum montiumque clauſtra plane reconditæ.

XLIX. Inferius adhuc Clottæ ripas accolebant Attacoti, gens toti aliquando olim Brittaniæ formidanda. maxumus hic viſitur lacus, cui nomen olim Lyncalidor, ad cujus oſtium condita à Romanis urbs Alcluith, brevi tempore à Duce Theodoſio nomen ſortita, qui occupatam à barbaris provinciam recuperaverat; cum hac comparari potuit nulla, utpote quæ, poſt fractas cæteras circumjacentes provincias, impetum hoſtium ultimò ſuſtinuit.

L. Hæc provincia dicta eſt, in honorem familiæ Flaviæ, cui ſuam Domitianus Imperator originem debuit, & ſub quo expugnata, VESPASIANA. &, ni fallor, ſub ultimis Imperatoribus nominata erat THULE, de qua Claudianus vates his verſibus facit mentionem:

——— *incaluit Pictorum ſanguine Thule*
Scotorum cumulos flevit glacialis Hierne.

ſed non tam diu ſub aquila ſuopte tenuerunt Romani, ut poſteritati innoteſcerent ejusdem & nomina & ſubjectio. curſorio hucusque oculo, qualis ſub Romanorum Imperio erat, Brittaniam luſtravimus. reſtat ut parili compendio Caledoniorum terras luſtremus.

De

ſenſa. negotium, cujus amplam hiſtoriæ Romanæ, aliàs nimis de iſtiusmodi rebus ſilentes, mentionem faciunt. hic fluvium Tavum conſpicere licet, qui longo curſu regionem in duas quaſi partes diſſecare videtur. hic quoque arduum atque horrendum jugum Grampium offendimus, quod provinciam iſtam bifariam ſecabat. atque hæc eadem erat regio, quæ, à commiſſo inter Agricolam & Galgacum prœlio, Romanis utiliſſimo, famam in annalibus habet inſignem. hic vires eorum veteresque caſtramentationes hodieque magnitudo oſtendit mœnium. nam in loco ubi ingens ſupradictum prœlium habitum erat, quidam ordinis noſtri, hanc viam emenſi, affirmant, ſe immania vidiſſe caſtra, aliaque argumenta Taciti relationem confirmantia.

XLIV. Nationes verò, Romanis hic ſubjectæ, ordine jam ſequentur. ultra Iſthmum, uſque ad Tavum, gens erant Horeſtii, quorum urbes, poſt prætenturam quidem extructam, prius enim Damniis accenſebantur, fuerunt Alauna, Lindum, &, re non minus quam nomine reliquis glorioſior, Victoria, ab Agricola ad flumen Tavum XX. milliaria ab ejusdem in mare exitu ædificata, memoriæ proditum dicunt.

XLV. Supra hos ultra Tavum, qui limites conſtituit, erant Vecturones, ſive Venricones, quorum urbs primaria Orrea, fluvii verò Æſica & Tina.

XLVI. Oceani littus, ultra horum fines, accolebant Taixali, his urbium princeps Divana, fluvii autem Deva & Ituna. pars Grampii montis, quæ, ut promuntorium, late ſe in Oceanum, quaſi in Germaniæ occurſum, extendit, ab illis nomen mutuatur.

XLVII.

XLVII. His contermini ad occidentem, interveniente montium Grampiorum ſerie, exſtitêre Vacomagi, qui ampliſſimam regionem tenebant, quorum urbes Tueſſis, Tamea & Banatia. Romanorum autem ſtatio, ſimulque provinciæ urbs primaria, erat, ad oſtium fluvii Varar in littore ſitum, Ptoroton. notiores hujus regionis fluvii præter Vararem, qui provinciam terminabat, fuerunt Tueſis & Celnius.

XLVIII. Infra Vacomagos Tavumque habitabant Damnii-Albani. gentes parum notæ, & intra lacuum montiumque clauſtra plane reconditæ.

XLIX. Inferius adhuc Clottæ ripas accolebant Attacoti, gens toti aliquando olim Brittaniæ formidanda. maxumus hic viſitur lacus, cui nomen olim Lyncalidor, ad cujus oſtium condita à Romanis urbs Alcluith, brevi tempore à Duce Theodoſio nomen ſortita, qui occupatam à barbaris provinciam recuperaverat; cum hac comparari potuit nulla, utpote quæ, poſt fractas cæteras circumjacentes provincias, impetum hoſtium ultimò ſuſtinuit.

L. Hæc provincia dicta eſt, in honorem familiæ Flaviæ, cui ſuam Domitianus Imperator originem debuit, & ſub quo expugnata, VESPASIANA. &, ni fallor, ſub ultimis Imperatoribus nominata erat THULE, de qua Claudianus vates his verſibus facit mentionem:

——— *incaluit Pictorum ſanguine Thule*
Scotorum cumulos flevit glacialis Hierne.

ſed non tam diu ſub aquila ſuopte tenuerunt Romani, ut poſteritati innoteſcerent ejusdem & nomina & ſubjectio. curſorio hucusque oculo, qualis ſub Romanorum Imperio erat, Brittaniam luſtravimus. reſtat ut parili compendio Caledoniorum terras luſtremus.

De

De Caledonia.

LI. Licet tota ultra Iſthmum prædictum Brittania non improprie dici poſſet Caledonia, ipſi tamen Caledonii ultra Vararem ſedem habuêre, unde ducta linea terminum Romani in Brittaniam imperii accuratè ſatis oſtendit. citerior verò inſulæ pars alio atque alio tempore ab illis poſſeſſa fuit, reliqua, ut ſupra meminimus, à Brittonibus barbaris occupata. hùcuſque & proficiſcentibus lumen aliquod fœnerant antiqua hiſtoriarum monumenta. trajicientes autem Varar flumen, extincto lumine, in obſcuro quaſi verſamur, & quamvis non nobis ignotum ſit, extructas ibi pro limitibus Imperii Romani fuiſſe aras, Ulyſſemque, tempeſtate fluctibusque jactatum heic vota perſolviſſe, ſiquidem condenſæ arboribus ſylvæ cum perpetuis montium ſaxetis ab ulteriori nos ſcrutatione prohibent. relationem ſequentem à mercatoribus Brittonibus fugitivis acceptam poſterisque relictam, ut ſufficientem æſtimemus, neceſſe eſt.

LII. Ad occidentem igitur Vararis habitabant Caledonii proprie ſic dicti, quorum regionis partem tegebat immenſa illa Caledonia ſylva.

LIII. Littus incolebant minores quidam populi, ex quorum numero ultra Vararem & erectas ſupradictas aras ad Loxam fluvium habitabant Cantæ, in quorum finibus promuntorium Penoxullum.

LIV. Huic ordine proximus eſt fluvius Abona ejusdemque accolæ Logi. hinc Ila fluvius & ad illum ſiti Carnabii Brittonum extremi, qui ab Oſtorio Prop-rætore ſubjugati jugum Romanum indigne ferentes, adſcitis in ſocietatem Cantiis, ut referunt traditiones, trajectoque mari ibi ſedem eligunt. in varia heic promuntoria ſeſe extendit Brittania, quorum primum anti-

antiquis dictum Vinvedrum, tum Verubrium, aut extremitas Caledoniæ.

LV. Poſt illos Catini. deinde, interiores Logisque proximi, Mertæ ſiti ſunt. in his oris promuntorium Orcadum poſitum. cui adjacebant Orcades inſulæ. ulterius manabat Nabæus fluvius, qui terminus erat Carnabicæ jurisdictionis.

LVI. Ad inferiorem hujus regionis partem habitabant Carnonacæ, in quorum finibus promuntorium Ebudum, ad cujus extrema eximium Oceanus ſinum efformat, qui olim Volſas appellatus. ad inferiorem iſtius ſinus ripam tendebant Cerones, & infra Ityn Creones ad Longum uſque procurrit. inde Oceanum inter & ſinum Lelanum dictum ab incolis Epidiis promuntorium.

LVII. Provectus jam ultra flumen Vararis, idem illud remetiri non poſſum, quin in transgreſſu admirer Romanos, aliàs ſatis expertos judicio atque experientia, heic quaſi deſtitutos tam perabſurda opinione laboraſſe, ut iſtam Brittaniæ partem, quæ jam armis ipſorum intacta quieſcebat, reliquam jam ſubactam atque poſſeſſam longe majori & longitudine & latitudine metirentur. (quam tamen eos foviſſe opinionem ſatis ſuperque conſtat.) qui enim ea, qua par eſt, mente inſignem Romanorum ambitionem atque inſatiabilem regnandi cupidinem conſideraverit, & quo hoſtem vix ira ipſorum & notitia, nedum timore dignum excluderent ſtupenda iſta, quæ totum orbem in admirationem ſui facile trahunt, opera erexiſſe. in hoc ut in cæteris quam plurimis magnam ſummi Numinis merito providentiam veneremur, cui ut omnia ſubjecta ſunt regna, ita & ſempiterna ab incolis gloria debetur & erit, Amen.

De Caledonia.

LI. Licet tota ultra Iſthmum prædictum Brittania non improprie dici poſſet Caledonia, ipſi tamen Caledonii ultra Vararem ſedem habuêre, unde ducta linea terminum Romani in Brittaniam imperii accuratè ſatis oſtendit. citerior verò inſulæ pars alio atque alio tempore ab illis poſſeſſa fuit, reliqua, ut ſupra meminimus, à Brittonibus barbaris occupata. hucuſque & proficiſcentibus lumen aliquod fœnerant antiqua hiſtoriarum monumenta. trajicientes autem Varar flumen, extincto lumine, in obſcuro quaſi verſamur, & quamvis non nobis ignotum ſit, extructas ibi pro limitibus Imperii Romani fuiſſe aras, Ulyſſemque, tempeſtate fluctibusque jactatum heic vota perſolviſſe, ſiquidem condenſæ arboribus ſylvæ cum perpetuis montium ſaxetis ab ulteriori nos ſcrutatione prohibent. relationem ſequentem à mercatoribus Brittonibus fugitivis acceptam poſterisque relictam, ut ſufficientem æſtimemus, neceſſe eſt.

LII. Ad occidentem igitur Vararis habitabant Caledonii proprie ſic dicti, quorum regionis partem tegebat immenſa illa Caledonia ſylva.

LIII. Littus incolebant minores quidam populi, ex quorum numero ultra Vararem & erectas ſupradictas aras ad Loxam fluvium habitabant Cantæ, in quorum finibus promuntorium Penoxullum.

LIV. Huic ordine proximus eſt fluvius Abona ejusdemque accolæ Logi. hinc Ila fluvius & ad illum ſiti Carnabii Brittonum extremi, qui ab Oſtorio Prop-rætore ſubjugati jugum Romanum indigne ferentes, adſcitis in ſocietatem Cantiis, ut referunt traditiones, trajectoque mari ibi ſedem eligunt. in varia heic promuntoria ſeſe extendit Brittania, quorum primum anti-

antiquis dictum Vinvedrum, tum Verubrium, aut extremitas Caledoniæ.

LV. Poſt illos Catini. deinde, interiores Logisque proximi, Mertæ ſiti ſunt. in his oris promuntorium Orcadum poſitum. cui adjacebant Orcades inſulæ. ulterius manabat Nabæus fluvius, qui terminus erat Carnabicæ jurisdictionis.

LVI. Ad inferiorem hujus regionis partem habitabant Carnonacæ, in quorum finibus promuntorium Ebudum, ad cujus extrema eximium Oceanus ſinum efformat, qui olim Volſas appellatus. ad inferiorem iſtius ſinus ripam tendebant Cerones, & infra Ityn Creones ad Longum uſque procurrit. inde Oceanum inter & ſinum Lelanum dictum ab incolis Epidiis promuntorium.

LVII. Provectus jam ultra flumen Vararis, idem illud remetiri non poſſum, quin in transgreſſu admirer Romanos, aliàs ſatis expertos judicio atque experientia, heic quaſi deſtitutos tam perabſurda opinione laboraſſe, ut iſtam Brittaniæ partem, quæ jam armis ipſorum intacta quieſcebat, reliquam jam ſubactam atque poſſeſſam longe majori & longitudine & latitudine metirentur. (quam tamen eos foviſſe opinionem ſatis ſuperque conſtat.) qui enim ea, qua par eſt, mente inſignem Romanorum ambitionem atque inſatiabilem regnandi cupidinem conſideraverit, & quo hoſtem vix ira ipſorum & notitia, nedum timore dignum excluderent ſtupenda iſta, quæ totum orbem in admirationem ſui facile trahunt, opera erexiſſe. in hoc ut in cæteris quam plurimis magnam ſummi Numinis merito providentiam veneremur, cui ut omnia ſubjecta ſunt regna, ita & ſempiterna ab incolis gloria debetur & erit, Amen.

CAPUT VII.

LUSTRATIS ita pro inſtituti ratione curſim terris Brittanicis, neceſſarium videtur, antequam ad inſularum deſcriptionem aggrediar, dubio à non nemine moto occurrere; ubinam, inquit ille, earum quas tu nobis commemoras urbium nominumque veſtigia? habentur nulla! Licet viciſſim quærere, ubinam hodie ſint Aſſyrii, Parthi, Sarmatæ, Celtiberi? at qui has celeberrimas gentes exſtitiſſe neget, impudentem ſatis ſpero futurum neminem, nonne inveniuntur hodienum regiones urbesque permultæ eisdem, quæ ante duo vel plura annorum millia habuerunt, quæ compellantur, nominibus? Judæa, Italia, Gallia, Brittania, non hodie minus, quam priſcis illis temporibus nota. Londinum hodieque lingua vernacula ſono non adeo diſcrepante *London* appellatur. Incuria majorum & in colligendis ac conſervandis illis, quæ huc facere & tunc temporis non difficulter haberi poterant monumentis negligentia ſi attendatur, non adeo quidem graviter illa videtur increpanda, vel ut hujus defectus unica & primaria cauſa cenſenda, vix enim præter illos, qui ordini ſacrorum ſe dederant, operam libris ſcribendis commodabant. hi verò à ſacro alienum cenſuerunt munere profanis iſtiusmodi, ut vocabant, negotiis operam ſuam impendere. Crediderim potius nos ſine periculo ſcire, & ſine piaculo ad poſteros transmittere poſſe illa, quæ de priſco regnorum ſtatu ſedula veterum monumentorum perluſtratio & accuratius ſcrutinium poterit inveſtigare. ad aliud verò ſentiendum me ferè compuliſſet bonus ille Antiſtes, ita me compellare viſus: tune ſolus ignoras quam bre-

breve, nobis in hoc orbe, temporis ſpatium ſit exigendum omnesque noſtros etiam laborioſiſſimos conatus ab inutilium ſervorum nomine nos non poſſe reddere immunes? omniaque noſtra ſtudia proximi uſum pro ſcopo debent habere? hæc! cui unquam ſunt uſui? bullatis iſtiusmodi nugis mundum deludi! His merito reponimus. an ergo prohibita nobis ſimul omnis honeſta delectatio? nonne eximiæ divina providentiæ documenta produnt iſtiusmodi narrationes? indene patet, quomodo Evangelia de morte & merito Chriſti concio univerſum colluſtraverit & vicerit orbem gentilibus antea ſuperſtitionibus obnoxium? obvertenti porro, non incongrue fortè Chronologiæ iſtiusmodi res in compendio tractari. denuo repono. nec ergo nimium quidquam eſt noviſſe, majores noſtros non, ut nonnulli fabulantur, Autochtones fuiſſe è terra proſilientes. Deum potius naturæ librum aperuiſſe, ut ex illo conſtaret magni opificis omnipotentia, qualis in Moſis voluminibus eadem deſcripta proponitur. Denique forte reſpondenti, operibus, authori apud poſteros nomen laudemque parituris, exploratorium ignem eſſe ſubeundem, hæc inquam dicenti, & in his ſubſiſtendi gratus profiteor tantum his verbis efficaciæ fuiſſe, ut etiam ſuborta michi nonnumquam fuerit cæpti hujus laboris pœnitentia. Ex altera proinde hujus opuſculi parte præter Chronologicam rerum commemorationem amplius quidquam exſpectare nolit Benevolus Lector, quem adeo benevolentiæ tutelæque Divinæ, paria ab ipſo michi promittens, devotus commendo, ſperans, ut me ſimul cœleſti Patri, qui miſericors & condonationis plenus, commendet.

Ex fragmentis quibusdam à Duce quodam Romano conſignatis & poſteritati relictis ſequens collectum eſt

itinerarium, ex Ptolemæo & aliunde nonnullis ordinem quoque, ſed quod ſpero in melius, mutatum hinc inde deprehendes.

Fuerunt olim apud Brittones XCII. urbes, earum verò celebriores & præ reliquis conſpicuæ XXXIII. Municipia ſcilicet II. Verolamium & Eboracum. VIIII. Coloniæ ſc. Londinium *Auguſta*, Camalodunum *Geminæ Martiæ*, Rhutupis..... Thermæ *Aquæ Solis*, Iſca *Secunda*, Deva *Getica*, Glevum *Claudia*, Lindum..... Camboricum..... Et civitates Latio jure donatæ X. ſc. Durnomagus, Catarracton, Cambodunum, Coccium, Lugubalia, Ptoroton, Victoria, Theodoſia, Corinum, Sorbiodunum. deinde XII. ſtipendiariæ minoresque momenti, ſcilicet: Venta Silurum, Venta Belgarum, Venta Icenorum, Segontium, Muridunum, Ragæ, Cantiopolis, Durinum, Iſca, Bremenium, Vindonum, & Durobrovæ. At præter allatas modo urbes plures in Brittaniis non habuiſſe Romanos ne quis temere credat, celebriores enim tantum commemoravi, quis enim dubitet, illos, ut orbis terrarum Dominatores, pro lubitu elegiſſe ſibique vindicaſſe, quæ ſuis uſibus commoda intelligebant loca? plerumque aliàs in caſtris, quæ condiderant ipſi, degebant.

Diaphragmata.

Rhutupis prima in Brittania inſula civitas verſus Galliam apud Cantios ſita à Geſſoriago Bononiæ portu, unde commodiſſimus in ſupradictam inſulam tranſitus obtingit, CCCCL. ſtadia, vel ut alii volunt XLVI. mille paſſuum remota. ab eadem civitate ducta eſt via Guethelinga dicta, uſque in Segontium

tium per m. p. CCCXXIIII. plus minus ſic: Cantiopoli quæ & Duroverno m. p. X. Duroſevo XII. Duroprovis XXV. deinde m. p. XXVII. tranſis Thameſin intrasque provinciam Flaviam & civitatem Londinium, Auguſtam. Sulo Mago m. p. VIIII. Verolamio municipio XII. unde fuit Amphibalus & Albanus Martyres. Foro Dianæ XII. Magio Vinio XII. Lactorodo XII. Iſanta Varia XII. Tripontio XII. Benonis VIIII. hic biſecatur via alterutrumque ejus brachium Lindum uſque, alterum verſus Viriconium protenditur ſic, Manduеſſedo m. p. XII. Etoceto XIII. Pennocrucio XII. Uxaconia XII. Virioconio XI. Banchorio XXVI. Deva colonia X. fines Flaviæ & Secundæ, Varis m. p. XXX. Conovio XX. Seguntio XXIIII.

ITER II. à Seguntio Virioconium uſque m. p. LXXIII. ſic, Heriri monte m. p. XXV. Mediolano XXV. Rutunio XII. Virioconio XI.

ITER III. à Londinio Lindum coloniam uſque, ſic: Duroſito m. p. XII. Cæſaro Mago XVI. Canonio XV. Camaloduno colonia VIIII. ibi erat templum Claudii, Arx triumphalis & imago Victoriæ Deæ. ad Sturium amnem m. p. VI. & finibus Trinobantum Cenimannos advenis Cambretonio m. p. XV. Sito Mago XXII. Venta Cenom: XXIII..... Camborico colonia XX. Durali ponte XX. Durno Mago XX. Iſinnis XX. Lindo XX.

ITER IIII. à Lindo ad Vallum uſque ſic: Argolico m. p. XIIII. Dano XX. ibi intras Maximam Cæſarienſem, Legotio m. p. XVI. Eboraco municip. olim colonia ſexta m. p. XXI. Iſurio XVI. Cattaractoni XXIIII. ad Tiſam X. Vinovio XII. Epiaco XVIIII. ad Murum VIIII. trans Murum intras Valentiam. Alauna amne m. p. XXV. Tueda flumine XXX. ad Vallum.....

Iter V. à limite Præturiam uſque ſic: Curia m. p..... ad Fines m. p..... Bremenio m.p..... Corſtoplio XX. Vindomora VIIII. Vindovio XVIIII. Cattaractoni XXII. Eboraco XL. Derventione VII. Delgovicia XIII. Præturio XXV.

Iter VI. ab Eboraco Devam uſque ſic: Calcaria m. p. VIIII. Camboduno XXII. Mancunio XVIII. finibus Maximæ & Flaviæ m. p. XVIII. Condate XVIII. Deva XVIII.

Iter VII. à Portu Siſtuntiorum Eboracum uſque ſic: Rerigonio m. p. XXIII. ad Alpes Peninos VIII. Alicana X. Iſurio XVIII. Eboraco XVI.

Iter VIII. ab Eboraco Luguvalium uſque ſic: Cattaractoni m. p. XL. Lataris XVI. Vataris XVI. Brocavonacis XVIII. Vorreda XVIII. Lugubalia XVIII.

Iter VIIII. à Luguballio Ptorotonim uſque ſic: Trimontio m. p..... Gadanica m. p..... Corio m. p..... ad Vallum m. p..... incipit Veſpaſiana. Alauna m. p. XII. Lindo VIIII. Victoria VIIII. ad Hiernam VIIII. Orrea XIIII. ad Tavum XVIIII. ad Æſicam XXIII. ad Tinam VIII. Devana XXIII. ad Itunam XXIIII. ad montem Grampium m. p..... ad Selinam m. p..... Tueſſis XVIIII. Ptorotone m. p.....

Iter X. ab ultima Ptorotone per mediam inſulæ Iſca Damnonorum uſque ſic: Varis m. p. VIII. ad Tueſſim XVIII. Tamea XXVIIII..... ..... m. p. XXI. in Medio VIIII. Orrea VIIII. Victoria XVIII. ad Vallum XXXII. Luguballia LXXX. Brocavonacis XXII. ad Alaunam m. p..... Coccio m. p..... Mancunio XVIII. Condate XXIII. Mediolano XVIII. Etoceto m. p.... ..... Salinis m. p..... .....Glebon colonia m. p..... Corino XIIII. Aquas Solis m. p..... ad Aquas XVIII. ad Uxel-

Uxellam amnem m. p.....
Iſca m. p.....

ITER XI. ab Aquis per viam Juliam Menapiam uſque ſic: ad Abonam m. p. VI. ad Sabrinam VI. unde trajectu intras in Brittaniam Secundam & ſtationem Trajectum m. p. III. Venta Silurum VIII. Iſca colonia VIIII. unde fuit Aaron Martyr. Tibia amne m. p. VIII. Bovio XX. Nido XV. Leucaro XV. ad Vigeſimum XX. ad Menapiam XVIIII. ab hac urbe per XXX. m. p. navigas in Hyberniam.

ITER XII. ab Aquis Londinium uſque ſic: Verlucione m. p. XV. Cunetione XX. Spinis XV. Calleba Attrebatum XV. Bibracte XX. Londinio XX.

ITER XIII. ab Iſca Uriconium uſque ſic: Bultro m. p. VIII. Gobannio XII. Magna XXIII. Branogenio XXIII. Urioconio XXVII.

ITER XIIII. ab Iſca per Glebon Lindum uſque ſic: Ballio m. p. VIII. Bleſtio XII. Sariconio XI. Glebon colonia XV. ad Antonam XV. Alauna XV.....
..... Vennonis XII. Ratiscorion XII. Venromento XII. Margiduno XII. ad Pontem XII. Croco colana Lindum XII.

ITER XV. à Londinio per Clauſentum in Londinium ſic: Caleba m. p. XLIIII. Vindomi XV. Venta Belgarum XXI. ad Lapidem VI. Clauſento IIII. Portu Magno X. Regno X. ad Decimum X. Anderida portu m. p. ..... ad Lemanum m. p. XXV. Lemaniano portu X. Dubris X. Rhutupis colonia X. Regulbio X. Contiopoli X. Durelevo XVIII. Mado XII. Vagnaca XVIII. Novio Mago XVIII. Londinio XV.

ITER XVI. à Londinio Ceniam uſque ſic: Venta Belgarum m. p. XC. Brige XI. Sorbioduno VIII. Ven-

Iter V. à limite Præturiam uſque ſic: Curia m. p..... ad Fines m. p..... Bremenio m.p..... Corſtoplio XX. Vindomora VIIII. Vindovio XVIIII. Cattaractoni XXII. Eboraco XL. Derventione VII. Delgovicia XIII. Præturio XXV.

Iter VI. ab Eboraco Devam uſque ſic: Calcaria m. p. VIIII. Camboduno XXII. Mancunio XVIII. finibus Maximæ & Flaviæ m. p. XVIII. Condate XVIII. Deva XVIII.

Iter VII. à Portu Siſtuntiorum Eboracum uſque ſic: Rerigonio m. p. XXIII. ad Alpes Peninos VIII. Alicana X. Iſurio XVIII. Eboraco XVI.

Iter VIII. ab Eboraco Luguvalium uſque ſic: Cattaractoni m. p. XL. Lataris XVI. Vataris XVI. Brocavonacis XVIII. Vorreda XVIII. Lugubalia XVIII.

Iter VIIII. à Luguballio Ptorotonim uſque ſic: Trimontio m. p..... Gadanica m. p..... Corio m. p..... ad Vallum m. p..... incipit Veſpaſiana. Alauna m. p. XII. Lindo VIIII. Victoria VIIII. ad Hiernam VIIII. Orrea XIIII. ad Tavum XVIIII. ad Æſicam XXIII. ad Tinam VIII. Devana XXIII. ad Itunam XXIIII. ad montem Grampium m. p..... ad Selinam m. p..... Tueſſis XVIIII. Ptorotone m. p.....

Iter X. ab ultima Ptorotone per mediam inſulæ Iſca Damnonorum uſque ſic: Varis m. p. VIII. ad Tueſſim XVIII. Tamea XXVIIII..... ..... m. p. XXI. in Medio VIIII. Orrea VIIII. Victoria XVIII. ad Vallum XXXII. Luguballia LXXX. Brocavonacis XXII. ad Alaunam m. p..... Coccio m. p..... Mancunio XVIII. Condate XXIII. Mediolano XVIII. Etoceto m. p..... Salinis m. p..... ..... Glebon colonia m. p..... Corino XIIII. Aquas Solis m. p..... ad Aquas XVIII. ad Uxel-

Uxellam amnem m. p.....
Iſca m. p.....

ITER XI. ab Aquis per viam Juliam Menapiam uſque ſic: ad Abonam m. p. VI. ad Sabrinam VI. unde trajectu intras in Brittaniam Secundam & ſtationem Trajectum m. p. III. Venta Silurum VIII. Iſca colonia VIIII. unde fuit Aaron Martyr. Tibia amne m. p. VIII. Bovio XX. Nido XV. Leucaro XV. ad Vigeſimum XX. ad Menapiam XVIIII. ab hac urbe per XXX. m. p. navigas in Hyberniam.

ITER XII. ab Aquis Londinium uſque ſic: Verlucione m. p. XV. Cunetione XX. Spinis XV. Calleba Attrebatum XV. Bibracte XX. Londinio XX.

ITER XIII. ab Iſca Uriconium uſque ſic: Bultro m. p. VIII. Gobannio XII. Magna XXIII. Branogenio XXIII. Urioconio XXVII.

ITER XIIII. ab Iſca per Glebon Lindum uſque ſic: Ballio m. p. VIII. Bleſtio XII. Sariconio XI. Glebon colonia XV. ad Antonam XV. Alauna XV.....
..... Vennonis XII. Ratiscorion XII. Venromento XII. Margiduno XII. ad Pontem XII. Croco colana Lindum XII.

ITER XV. à Londinio per Clauſentum in Londinium ſic: Caleba m. p. XLIIII. Vindomi XV. Venta Belgarum XXI. ad Lapidem VI. Clauſento IIII. Portu Magno X. Regno X. ad Decimum X. Anderida portu m. p. ..... ad Lemanum m. p. XXV. Lemaniano portu X. Dubris X. Rhutupis colonia X. Regulbio X. Contiopoli X. Durelevo XVIII. Mado XII. Vagnaca XVIII. Novio Mago XVIII. Londinio XV.

ITER XVI. à Londinio Ceniam uſque ſic: Venta Belgarum m. p. XC. Brige XI. Sorbioduno VIII. Ven-

tageladia XII. Durnovaria VIIII. Moriduno XXXIII. Iſca Damnon. XV..... Durio amne m. p..... .. Tamara m. p..... ..... Voluba m. p..... ..... Cenia m. p.....

ITER. XVII. ab Anderida [Eboracum] uſque ſic. Sylva Anderida m. p..... Noviomago m. p..... Londinio m. p. XV. ad Fines m. p..... Duroliſponte m. p..... ..... Durnomago m. p. XXX. Coriſennis XXX. Lindo XXX. in Medio XV. ad Abum XV. unde tranſis in Maximam ad Petuariam m. p. VI. deinde Eboraco, ut ſupra, m. p. XLVI.

ITER XVIII. ab Eboraco per medium inſulæ Clauſentum uſque ſic: Legiolio m. p. XXI. ad Fines XVIII. .....m. p. XVI. ..... m. p. XVI..... ..... Derventione m. p. XVI. ad Trivonam XII. Etoceto XII. Manduefuedo XVI. Benonnis XII. Tripontio XI. Iſannavaria XII. Brinavis XII. Ælia caſtra XVI. Dorocina XV. Tameſi VI. Vindomi XV. Clauſento XLVI.

Plurima inſuper habebant Romani in Brittaniis caſtella, ſuis quæque muris, turribus, portis & repagulis munita.

Finis Itinerariorum.

Quod hactenus auribus, in hoc capite percipitur pene oculis intuentibus. nam huic adjuncta eſt mappa Brittaniæ artificialiter depicta, quæ omnia loca cer. evidenter exprimit, ut ex ea cunctarum regionum incolas dignoſcere detur.

† locus mappæ Brittaniæ †

ſed vide pag. 48.

CA-

CAPUT VIII.

LUSTRAVIMUS jam Albionem, diſitæ non procul inde Hyberniæ, eadem, quâ hactenus uſi ſuimus brevitate, deſcriptionem daturi.

II. Hybernia omnium, poſt Albionem dictam nuper, maxumè eſt ad occidentem quidem ſita, ſed, ſicut contra Septemtriones ea brevior, ita in meridiem ſeſe trans illius fines plurimum protendens, uſque contra Hiſpaniæ Tarraconenſis ſeptentrionalia, quamvis magno æquore interjacente, pervenit.

III. Mare, quod Brittaniam & Hyberniam interfluit, undoſum & inquietum eſt, toto, ut author eſt Solinus, anno, non niſi æſtivis pauculis diebus, navigabile. in medio inter ambas inſula eſt, quæ olim appellabatur Monœda, nunc autem Manavia.

IV. Hybernia autem, & ſui ſtatus conditione, & ſalubritate ac ſerenitate aëris, multum Brittaniæ præſtat, ut opinatur Beda, ita, ut rarò ibi nix plus quam triduaria remaneat, nemo propter hiemem aut fœna ſecet aut ſtabula fabricet jumentis.

V. Nullum ibi reptile videri ſolèt, nullæ viperæ aut ſerpentes valent. nam ſæpe illò de Brittania allati ſerpentes mox, ut proximante terris navigio odore aëris illius adtacti fuerint, intereunt. quin potiùs omnia penè, quæ de eadem inſula ſunt, contra venenum valent. denique vidimus, quibusdam à ſerpente percuſſis raſa folia codicum, qui de Hybernia fuerunt, & ipſam raſuram aquæ imiſſam ac potui datam talibus protinus totam vim veneni graſſantis totum inflati corporis abſumſiſſe ac ſedaſſe tumorem.

tageladia XII. Durnovaria VIIII. Moriduno XXXIII. Iſca Damnon. XV. ..... Durio amne m. p. .... Tamara m. p. .... Voluba m. p. .... Cenia m. p. .....

Iter. XVII. ab Anderida [Eboracum] uſque ſic: Sylva Anderida m. p. ..... Noviomago m. p. ..... Londinio m. p. XV. ad Fines m. p. ..... Duroliſponte m. p. .... Durnomago m. p. XXX. Coriſennis XXX. Lindo XXX. in Medio XV. ad Abum XV. unde tranſis in Maximam ad Petuariam m. p. VI. deinde Eboraco, ut ſupra, m. p. XLVI.

Iter XVIII. ab Eboraco per medium inſulæ Clauſentum uſque ſic: Legiolio m. p. XXI. ad Fines XVIII. .....m. p. XVI. ..... m. p. XVI. .... Derventione m. p. XVI. ad Trivonam XII. Etoceto XII. Manduefuedo XVI. Benonnis XII. Tripontio XI. Iſannavaria XII. Brinavis XII. Ælia caſtra XVI. Dorocina XV. Tameſi VI. Vindomi XV. Clauſento XLVI.

Plurima inſuper habebant Romani in Brittaniis caſtella, ſuis quæque muris, turribus, portis & repagulis munita.

Finis Itinerariorum.

Quod hactenus auribus, in hoc capite percipitur pene oculis intuentibus. nam huic adjuncta eſt mappa Brittaniæ artificialiter depicta, quæ omnia loca cet. evidenter exprimit, ut ex ea cunctarum regionum incolas dignoſcere detur.

† locus mappæ Brittaniæ †

ſed vide pag. 48.

Ca-

CAPUT VIII.

LUSTRAVIMUS jam Albionem, diſitæ non procul inde Hyberniæ, eadem, quâ hactenus uſi ſuimus brevitate, deſcriptionem daturi.

II. Hybernia omnium, poſt Albionem dictam nuper, maxumè eſt ad occidentem quidem ſita, ſed, ſicut contra Septemtriones ea brevior, ita in meridiem ſeſe trans illius fines plurimum protendens, uſque contra Hiſpaniæ Tarraconenſis ſeptentrionalia, quamvis magno æquore interjacente, pervenit.

III. Mare, quod Brittaniam & Hyberniam interfluit, undoſum & inquietum eſt, toto, ut author eſt Solinus, anno, non niſi æſtivis pauculis diebus, navigabile. in medio inter ambas inſula eſt, quæ olim appellabatur Monœda, nunc autem Manavia.

IV. Hybernia autem, & ſui ſtatus conditione, & ſalubritate ac ſerenitate aëris, multum Brittaniæ præſtat, ut opinatur Beda, ita, ut rarò ibi nix plus quam triduaria remaneat, nemo propter hiemem aut fœna ſecet aut ſtabula fabricet jumentis.

V. Nullum ibi reptile videri ſolèt, nullæ viperæ aut ſerpentes valent. nam ſæpe illò de Brittania allati ſerpentes mox, ut proximante terris navigio odore aëris illius adtacti fuerint, intereunt. quin potiùs omnia penè, quæ de eadem inſula ſunt, contra venenum valent. denique vidimus, quibusdam à ſerpente percuſſis raſa folia codicum, qui de Hybernia fuerunt, & ipſam raſuram aquæ imiſſam ac potui datam talibus protinus totam vim veneni graſſantis totum inflati corporis abſumſiſſe ac ſedaſſe tumorem.

VI. Dives lactis & mellis inſula, nec vinearum expers, piſcium volucrumque, ſed & cervorum caprearumque venatu inſignis, ut author eſt venerabilis Beda.

VII. Cultores ejus, inquit Mela, inconditi ſunt & omnium virtutum ignari, magis quam aliæ gentes, aliquatenus tamen gnari pietatis ad modum expertes. gens inhoſpita & bellicoſa à Solino Polyhiſtore dicti ſunt. ſanguine interemptorum hauſto prius victores vultus ſuos oblinunt. fas ac nefas eodem animo ducunt. puerpera, ſi quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inque os parvuli ſummo mucrone, auſpicium alimentorum leviter infert, & gentilibus votis optat, non aliter quam in bello & inter arma mortem opperat. qui ſtudent cultui, dentibus mari nantium belluarum inſigniunt enſium capulos, candicant enim ob heburneam claritatem. nam præcipua viris gloria eſt in armorum ſplendore.

VIII. Agrippa, geographus Romanus, longitudinem Hyberniæ DC. millia paſſuum eſſe, latitudinem verò CCC. ſtatuit. XX. olim gentibus habitata, quarum XIIX. littus tenebant.

IX. Hæc autem propria Scottorum patria erat, ab hac egreſſi, tertiam in Albione Brittonibus & Pictis gentem addiderunt. ſed non idem cum magno authore Beda ſentio, qui Scottos peregrinos eſſe affirmat. nam, ut exiſtimo, ſuam ex Brittania non procul ſita originem duxerunt, inde trajeciſſe, atque in hac inſula ſedes occupaſſe, fidem faciunt authores. certiſſimum verò eſt Damnios, Voluntios, Brigantes, Cangos aliàsque nationes origine fuiſſe Brittanicâ, quæ eò poſtea trajecerunt, poſtquam, vel Divitiacus, vel Claudius, vel Oſtorius, vel Duces alii victores illis

domi

domi tumulum fecerant. pro ulteriori argumento inſervit lingua antiqua, quæ cum antiqua illa Brittanica & Gallica non parum conſonat, id quod omnibus, utriusque linguæ gnaris ſatis planum videtur.

X. Septentrionali Hyberniæ lateri obtenditur Oceanus Deucaledonicus. orientale tegunt Vergivus & Internus. Cantabricus verò auſtrale, uti occidentale magnus ille Brittanicus, qui & Athlanticus Oceanus, quem nos quoque ordinem ſecuti dabimus inſulæ & præcipuorum in illa locorum deſcriptionem.

XI. Illud, quod ab Oceano Deucaledonico alluitur, hujus inſulæ latus habitabant Rhobogdii, cujus metropolis Rhobogdium erat, in quorum orientali regione ſitum erat ejusdem nominis promuntorium, in occidentali, Boreum promuntorium. fluvii verò Banna, Darabouna, Argitta & Vidua, auſtrum verſus à Scottis ipſos ſeparabant montes.*

XII. Infra promuntorium Boreum littus Brittanici maris ad Venicnium uſque caput incolebant gentes Venicniæ, quibus nomen debent ab illis dictæ vicinæ inſulæ Venicniæ, inferius ad oſtium uſque Rhebii fluminis, quarum metropolis Rheba. infra Rhebeum Nagnatæ habitabant ad Libnium uſque, quorum celebris erat ejusdem nominis metropolis. Auſtrum verſus in receſſu ſinus Auſobæ ſiti erant Auterii quibus urbium caput erat ejusdem nominis. Inferiorem ejusdem regionis partem occupabant Concangii, ad quorum fines auſtrum verſus manabat Senus, amplus omnino fluvius, cui adjacebat urbium primaria Macobicum. in anguſtum heic apicem coarctata deſinit Hybernia. prope Auſtrinum promuntorium, ad flumen Senum, ſedes habebant Velatorii quorum metropolis

Re-

Regia, fluviusque Durius. Lucani verò habitabant, ubi Oceano miſcetur fluvius Ibernus.

XIII. Ultra Auſtrinum meridionale inſulæ latus ab eodem promuntorio ad Sacrum uſque extremum tendebat. Ibernii ad illud habitabant, quibus metropolis Rhuſina. hinc fluvius Dobona, ac deinde Vodiæ cum promuntorio ejusdem nominis, quod promuntorio Albionis Antiveſtæo obvertitur, diſtans inde milliaribus CXXXXV. non procul inde Dabrona fluvius Brigantum regionis terminus, qui fines regionis fluvium Brigas & urbem habebant Brigantiam.

XIV. Pars hujus inſulæ, à Sacro promuntorio ad Rhobogdium uſque extenſa, Orientalis cenſetur. habitantes ſupra promuntorium Sacrum Menapii, primariam habebant ejusdem nominis urbem ad fluvium Modonam. hinc ad Menapiam, in Dimetia ſitam, XXX. milliaria numerantur, ut Plinius refert. harum unam, quam nam verò incertum, patriam habebat Carauſius. ultra horum terminos metropolin Dunum habebant Cauci, quorum fines alluebat fluvius Oboca. Teutonicæ binas has nationes originis eſſe extra dubium eſt. incertum verò quo tempore primùm in has terras eorum majores trajecerint. brevi ante Cæſaris in Britaniam tranſitum id contigiſſe maxumè videtur probabile.

XV. Eblanæ ulterius habitabant, primariam verò ad Lœbium flumen habentes Mediolanum. Septentrionali viciniores Voluntii civitatem habebant Lebarum, fluvios autem Vinderum & Buvindam. ſuperiorem his inſulæ partem, Rhobogdiis affinem, tenebant Damnii, his urbium caput Dunum, ubi ſepulti creduntur D. Patricius, D. Columba & D. Brigitta, eodem tumulo reconditi.

XVI.

XVI. Reſtat jam, ut eorum, qui interiorem hujus inſulæ partem habitabant, populorum mentio injiciatur. contermini Caucis & Menapiis, ſupra Brigantes autem, incolebant Coriondii, reliquam inſulæ partem Scotti habebant, quibus Scotiæ nomen tota exinde debet. plures inter, quas illi habebant, civitates præ cæteris innotuerunt tantum duæ, quarum ad nos pervenit memoria. altera Rheba ad flumen & lacum Rhebium, Ibernia altera, ſita ad orientale Seni fluminis latus.

XVII. Non poſſum non hoc loco monere Damnios, Voluntios, Brigantes, & Cangianos omnes fuiſſe Brittanicæ originis nationes, quæ, cum vel ab hoſte finitimo non daretur quies, vel tot tantaque exigerentur tributa, quibus ſolvendis ſe impares intelligerent, ſenſim, novas quæſituræ ſedes, in hanc terram trajecerant. dictum jam antea de Menapiis, Chaucis, nec de iis, quæ offeruntur ulterius, plura occurrunt, quibus tutò fides poteſt haberi. refert quidem, Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptor, Tacitus, quod pluribus, quam Albion, peregrinis Hybernia fuerit frequentata. at, ſi res ita revera ſe habuiſſet, vix dubitandum videtur, plura nobis de ſtatu Hyberniæ & fide digniora Veteres fuiſſe relicturos. relicturoque jam michi deſcriptionem Hyberniæ non abs re fore videtur docere, hanc, non armis, ſed metu tantum ſub Romanorum redactam fuiſſe imperium. quin potius Regem Ptolemæum in ſecunda Europæ tabula, aliosque veterum inclutiſſimorum geographorum in ſitu illius delineando erraſſe, utpote qui hanc non ſolum juſto longius à Brittania, ſed etiam prorſus à parte boreali provinciæ Secundæ, ſtatuerunt; id quod ex ipſorum libris & Tabulis huc ſpectantibus patet abunde.

XVIII.

XVIII. Super Hyberniam ſitæ erant Hebudes, V. numero, quarum incolæ neſciunt fruges, piſcibus tantum & lacte viventes. Rex unus eſt, ut ſcribit Solinus, univerſis. nam quotquot ſunt, omnes anguſto interluvio dividuntur. ille Rex nichil ſuum habebat, omnia univerſorum. ad æquitatem certis legibus adſtringitur, ac, ne avaritia à vero rectoque eum ſeduceret, diſcebat ex paupertate juſtitiam, utpote cui nichil eſſet rei familiaris, verum alitur è publico. nulla illi dabatur fœmina propria, ſed per viciſſitudines, in quamcunque commotus fuiſſet, ſibi vendicat uſurariam, unde ei nec votum, nec ſpes conceditur liberorum. de Hebudibus hiſce nonnulli ſcripſerunt. dies continuos XXX. ſub bruma eſſe noctem, ſed Dictator Cæſar nichil de eo, ſtudioſe licet inquirens, reperiebat, niſi, quod certis ex aqua menſuris breviores fuiſſe noctes quam in Gallia intellexerit.

XIX. Secundam à continenti ſtationem Orcades præbent, quæ ab Hebudibus porrò, ſed erroneé, ſunt VII. dierum totidemque noctium curſu, ut ſcripſerunt nonnulli, numero XXX., anguſtis inter ſeſe deductæ ſpatiis, vacabant homine, non habebant ſylvas, tantum junceis herbis horreſcentes. cætera earum nil niſi arenæ & rupes tenent, ut ego, ex Solino cum aliis colligi poſſe, habeo perſuaſum.

XX. Thule ultima omnium, quæ Brittanicæ vocantur, Belgarum littori appoſita ſtatuitur à Mela. Græcis Romanisque celebrata carminibus, de quo Homerus Mantuanus:

——— *& tibi ſerviat ultima Thule.*

in ea ſolſtitiô nullas eſſe noctes indicavimus, cancri ſignum Sole tranſeunte, ut author eſt Plinius, nullosque contra per brumam dies. hæc quidem ſenis menſibus

ſibus continuis fieri arbitrantur, qui hic habitant, ut refert Solinus, principio veris inter pecudes pabulis vivunt, deinde lacte, in hyemem conferunt arborum fructus. utuntur fœminis vulgo, certum matrimonium nullis. Thule autem larga & diutinâ pomonâ copioſa eſt, ut tradit idem author. ultra Thulen unius diei navigatione accepimus pigrum eſſe & concretum mare, à nonnullis Cronium appellatur. à Thule in Caledoniam bidui navigatio eſt.

XXI. Thanatos inſula alluitur freto Oceani, à Brittaniæ continente æſtuario tenui, Wantſuam dicto, ſeparata, frumentariis campis felix, & gleba uberi, nec tantum ſibi ſoli, verum & aliis ſalubribus locis, ut author eſt Iſidorus, cum ipſa nullo ſerpatur angue, aſportata inde terra, quoquò gentium invecta ſit, angues necat. hæc non longe abeſt à Rhutupi ſita.

XXII. Vecta, à Veſpaſiano devicta olim, inſula eſt, proximum Belgis habet ab oriente in occaſum XXX. circiter millia paſſuum, ab auſtro in boream XII. in orientalibus ſuis partibus mari VI. millium, in occidentalibus III., à meridionali ſupra ſcripto littore diſtans.

XXIII. Præter ſupradictas inſulas fuerunt etiam VII. Acmodæ, Ricnea, Silimnus, Andros, Sigdiles XL., Vindilios, Sarna, Cæſarea & Caſſiterides.

XXIV. Sena, Oſſiſmicis adverſa littoribus, Gallici Numinis oraculo inſignis eſt, ut author eſt Mela. cujus antiſtites, perpetua virginitate ſanctæ, numero IX. eſſe traduntur, Senas Galli vocant, putantque ingeniis ſingularibus præditas, maria ac ventos concitare carminibus, ſeque in quæ velint animalia vertere, ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt. ſcire ventura

&

& prædicere. ſed non niſi deditæ navigantibus, & ob id tantum ut ſe conſulerent eò profectis.

XXV. Reliquæ Albioni circumfuſæ minoris peripheriæ & momenti inſulæ ex depictæ adjectæque mappæ inſpectione melius, quam ex nudo quodam recenſu, cenſeri ac dignoſci poſſunt. heic itaque ſubſiſto meumque his rebus locatum ſtudium Benevolo Lectori ejusque favori & judicio ſtudioſe commendo.

EXPLICIT FELICITER,

Deo juvante, Liber primus Commentarioli geographici de ſitu Brittaniæ & ſtationum quas Romani ipſi in ea inſula ædificaverunt, per manum meam Ricardi *famuli* Chriſti *& monachi Weſtmonaſterienſis.*

Deo gratias.

RI-

DEVCALEDON

MAPPA
BRITTANIÆ
ROMANÆ
SECVNDVM FIDEM
MONVMENTORVM
PERVETERVM
DEPICTA.

RICARDI MONACHI
WESTMONASTERIENSIS
COMMENTARIOLI GEOGRAPHICI
deſcriptionis *BRITTANIÆ* ſub ditione
ROMANI IMPERII
LIBER SECUNDUS.

PRÆFATIO.

IN ſupplementum datæ huçuſque Brittaniæ antiquæ deſcriptionis deductum parili compendio ſubjungere conſultum duxi 1

I. Chronologiæ, à prima inde orbis origine ad vaſtata à Gothis Romam deductæ, epitomen. & 2

II. Imperatorum Legatorumque Romanorum qui huic regioni cum imperio præfuerant brevem recenſum.

Dicant fortè nonnulli potuiſſe iſtiusmodi operam, utpote non abſolute neceſſariam, vel cultui divino, vel majoris momenti rebus impendi. at ſciant illi & ſubſecivas horas antiquitatibus patriis priſtinique terrarum ſtatus inveſtigationi poſſe vindicari, ut tamen nichil propterea ſacro cultui decedat. ſin verò Momus iſtiusmodi captatam ex otio licito voluptatem nobis invideat, ad finem properans metæque jam adſtitutus heic pedem figo. 3

CAPUT I.

IN principio mundum, nobis hodiernum reliquisque creaturis habitatum, VI dierum ſpatio ex nihilo condidit omnipotens Creator. 1

5 *Anno Mundi* MDCLVI. Creſcentem continuo uſu humani generis malitiam vindicaturus Creator diluvium Orbi immiſit, quod totum obruens mundum omnem delevit viventium ordinem, ſolis, quæ arcam intraverant, exceptis & ſervatis, quorum deinceps propago novis animalium colonis novum orbem replevit.

6 *A. M.* MMM. Circa hæc tempora cultam & habitatam primùm Brittaniam arbitrantur nonnulli, cum illam ſalutarent Græci Phœnicesque mercatores. nec deſunt, qui à Rege quodam Brytone non diu poſtea conditum credunt Londinium.

7 *A. M.* MMMCCXXVIII. Prima urbis Romæ, quæ gentium exinde communis terror, fundamenta poſuerunt fratres Romulus & Remus.

8 *A. M.* MMMDC. Egreſſi è Brittania per Galliam Senones Italiam invaſere, Romam oppugnaturi.

9 *A. M.* MMMDCL. Has terras intrarunt Belgæ, Celtæque deſertam à Senonibus regionem occuparunt. non diu poſtea cum exercitu in hoc regnum tranſiit Rex Æduorum Divitiacus, magnamque ejus partem ſubegit. circa hæc tempora in Hyberniam commigrarunt, ejecti à Belgis Brittones, ibique ſedes poſuerunt, ex illo tempore Scotti appellati.

10 *A. M.* MMMDCCCCXLIII. Geſtum eſt Caſſibelini cum civitatibus maritimis bellum.

11 *A. M.* MMMDCCCCXLVI. Cæſar Germanos & Gallos capit, & Brittones quoque, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum fuerat, victor, obſidibus acceptis, ſtipendarios facit.

A. M.

A. M. MMMDCCCCXLVII. Denuo in has ter- 12
ras profectus bellum geſſit cum Rege Caſſiorum Caſſibellino, invitatus, ut ipſe quidem prætendit, à Trinobantibus. ſed, quod majore veri ſpecie tradit Suetonius, potius avaritiem ipſius ſollicitantibus prætioſis Brittaniæ margaritis.

A. M. MMMMXLIV. Ipſe in Brittaniam pro- 13
fectus Imperator Claudius, ſemeſtri ſpatio, abſque ulla vi aut ſanguinis effuſione, magnam inſulæ partem in ſuam redegit poteſtatem, quam exinde Cæſarienſem juſſit vocari.

A. M. MMMMXLV. Miſſus ab Imperatore 4
Claudio cum II. Legione in has terras Veſpaſianus, adhuc in privata vita, Belgas Damnoniosque oppugnavit, tandemque, commiſſis præliis XXXII. urbibus XX. expugnatis, ſub obſequium Romani Imperii redegit, una cum inſula Vecta.

A. M. MMMMXLVII. Thermas & Glebon oc- 15
cupaverunt Romani.

A. M. MMMML. Poſt novennale bellum Re- 16
gem Silurum Charaticum vicit Dux Romanorum Oſtorius, magna Brittaniæ pars in formam provinciæ redacta, & Camalodunenſis coloniæ poſita fundamenta.

A. M. MMMMLII. Cogibundo urbes quædam 17
apud Belgas à Romanis conceſſæ, ut inde ſibi conderet Regnum. circa hæc tempora, relictâ Brittaniâ, Cangi & Brigantes in Hyberniam commigrarunt ſedesque ibi poſuerunt.

A. M. MMMMLXI. Nero Imperator, in re 18
militari nichil omnino auſus, Brittaniam pene amiſit. nam duo ſub illo nobiliſſima oppida illic capta

atque everſa ſunt. nam inſurrexit contra Romanos Bondvica, illatam ſibi à Romanis injuriam vindicatura, colonias illas Romanorum, Londinium, Camalodunum & municipium Verulamium igne delevit, occiſis ultra octoginta millibus civium Romanorum. ſuperata illa, tandem à Suetonio, qui accerimè illatum Romanis damnum vindicavit, occiſo ſubditorum ejus æquali numero.

19 *A. M.* MMMMLXXIII. Brigantes vicit Cerealis.

20 *A. M.* MMMMLXXVI. Ordovices plectit Frontinus.

21 *A. M.* MMMMLXXX. Magnum cum Rege Caledoniorum Galgaco prælium committit Agricola, eoque devicto, totam inſulam cum claſſe luſtrari jubet, maritimamque ipſius oram totus obiens, Orcades ſubmittit Imperio Romano.

22 *A. M.* MMMMCXX. Ipſe in Brittaniam tranſit Hadrianus Imperator, immenſoque muro unam inſulæ partem ab altera ſejungit.

23 *A. M.* MMMMCXL. Miſſus ab Antonino Pio Urbicus victoriis inclareſcit.

24 *A. M.* MMMMCL. Nonnullos quoque à Brittanis victorias reportat Aurelius Antoninus.

25 *A. M.* MMMMCLX. Luce Chriſtianiſmi, regnante Lucio Rege, colluſtratur Brittania, Rege Cruci Chriſti ſe primùm ſubmittente.

26 *A. M.* MMMMCLXX. Provincia Veſpaſiana ejiciuntur Romani. hoc circiter tempore ex inſulis in Brittaniam cum Pictis ſuis adveniſſe creditur Reuda Rex.

27 *A. M.* MMMMCCVII. Deſtructum, à Romanis

nis conditum, murum reſtituit tranſiens in Brittaniam Severus Imperator, & non diu poſt Eboraci, manu Dei, moritur.

A. M. MMMMCCXI. Venalem à Mæatis pacem obtinuit Baſſianus. 28

A. M. MMMMCCXX. Per hæc tempora intra mœnia ſe continent Romani milites, altâque pace tota perfruitur inſula. 29

A. M. MMMMCCXC. Carauſius, ſumpta purpurâ, Brittanias occupavit. poſt X. annos per Aſclopiodorum Brittania recepta. 30

A. M. MMMMCCCIIII. Perſecutio crudelis & crebra flagrabat, ut intra unum menſem XVII. millia Martyrum pro Chriſto paſſa inveniantur, quæ & Oceani limbum tranſgreſſa Albanum, Aaron, & Julium Brittones cum aliis pluribus viris & fœminis felici cruore damnavit. 31

A. M. MMMMCCCVI. Conſtantius, XVI. imperii anno, ſummæ manſuetudinis & civilitatis vir, victô Alectô, in Brittania diem obiit Eboraci. 32

A. M. MMMMCCCVII. Conſtantinus, qui Magnus poſtea dicitur, Conſtantii ex Brittanica Helena filius, in Brittaniis creatus Imperator, cui ſe ſponte tributariam offert Hyberniam. 33

A. M. MMMMCCCXX. Ductu Regis Ferguſii in Brittaniam tranſeunt Scotti, ibique ſedem figunt. 34

A. M. MMMMCCCLXXXV. Theodoſius Maximum tyrannum III. ab Aquileia lapide interfecit. qui, quoniam Brittaniam omni pene armata juventute copiisque ſpoliaverat militaribus, quæ, tyrannidis ejus veſtigia ſecutæ in Gallias, nunquam 35

atque everſa ſunt. nam inſurrexit contra Romanos Bondvica, illatam ſibi à Romanis injuriam vindicatura, colonias illas Romanorum, Londinium, Camalodunum & municipium Verulamium igne delevit, occiſis ultra octoginta millibus civium Romanorum. ſuperata illa, tandem à Suetonio, qui accerimè illatum Romanis damnum vindicavit, occiſo ſubditorum ejus æquali numero.

19 *A. M.* MMMMLXXIII. Brigantes vicit Cerealis.

20 *A. M.* MMMMLXXVI. Ordovices plectit Frontinus.

21 *A. M.* MMMMLXXX. Magnum cum Rege Caledoniorum Galgaco prælium committit Agricola, eoque devicto, totam inſulam cum claſſe luſtrari jubet, maritimamque ipſius oram totus obiens, Orcades ſubmittit Imperio Romano.

22 *A. M.* MMMMCXX. Ipſe in Brittaniam tranſit Hadrianus Imperator, immenſoque muro unam inſulæ partem ab altera ſejungit.

23 *A. M.* MMMMCXL. Miſſus ab Antonino Pio Urbicus victoriis inclareſcit.

24 *A. M.* MMMMCL. Nonnullos quoque à Brittanis victorias reportat Aurelius Antoninus.

25 *A. M.* MMMMCLX. Luce Chriſtianiſmi, regnante Lucio Rege, colluſtratur Brittania, Rege Cruci Chriſti ſe primùm ſubmittente.

26 *A. M.* MMMMCLXX. Provincia Veſpaſiana ejiciuntur Romani. hoc circiter tempore ex inſulis in Brittaniam cum Pictis ſuis adveniſſe creditur Reuda Rex.

27 *A. M.* MMMMCCVII. Deſtructum, à Romanis

nis conditum, murum reſtituit tranſiens in Brittaniam Severus Imperator, & non diu poſt Eboraci, manu Dei, moritur.

A. M. MMMMCCXI. Venalem à Mæatis pacem obtinuit Baſſianus. 28

A. M. MMMMCCXX. Per hæc tempora intra mœnia ſe continent Romani milites, altâque pace tota perfruitur inſula. 29

A. M. MMMMCCXC. Carauſius, ſumpta purpurâ, Brittanias occupavit. poſt X. annos per Aſclopiodorum Brittania recepta. 30

A. M. MMMMCCCIIII. Perſecutio crudelis & crebra flagrabat, ut intra unum menſem XVII. millia Martyrum pro Chriſto paſſa inveniantur, quæ & Oceani limbum tranſgreſſa Albanum, Aaron, & Julium Brittones cum aliis pluribus viris & fœminis felici cruore damnavit. 31

A. M. MMMMCCCVI. Conſtantius, XVI. imperii anno, ſummæ manſuetudinis & civilitatis vir, victô Alectô, in Brittania diem obiit Eboraci. 32

A. M. MMMMCCCVII. Conſtantinus, qui Magnus poſtea dicitur, Conſtantii ex Brittanica Helena filius, in Brittaniis creatus Imperator, cui ſe ſponte tributariam offert Hyberniam. 33

A. M. MMMMCCCXX. Ductu Regis Ferguſii in Brittaniam tranſeunt Scotti, ibique ſedem figunt. 34

A. M. MMMMCCCLXXXV. Theodoſius Maximum tyrannum III. ab Aquileia lapide interfecit. qui, quoniam Brittaniam omni pene armata juventute copiisque ſpoliaverat militaribus, quæ, tyrannidis ejus veſtigia ſecutæ in Gallias, nunquam 35

ultra domum rediere, videntes, transmarinæ gentes ſævìſſimæ, Scottorum à circio, Pictorum ab aquilone, deſtitutam milite ac defenſore inſulam, adveniunt, & vaſtatam direptamque eam multos per annos opprimunt.

36 *A. M.* MMMMCCCXCVI. Brittones Scottorum, Pictorumque infeſtationem non ferentes, Romam mittunt, &, ſui ſubjectione promiſſa, contra hoſtem auxilia flagitant, quibus ſtatim miſſa legio magnam Barbarorum multitudinem ſternit, cæteros Brittaniæ finibus pellit, ac, domum reverſura, præcepit ſociis, ad arcendos hoſtes, murum trans inſulam inter duo æſtuaria ſtatuere. qui, abſque artifice magiſtro magis ceſpite quam lapide factus, nil operantibus profuit. nam mox, ut diſceſſere Romani, advectus navibus prior hoſtis, quaſi maturam ſegetem, obvia quæque ſibi cædit, calcat, devorat.

37 *A. M.* MMMMCCCC. Iterum petiti auxilia Romani advolant & cæſum hoſtem trans maria fugant conjunctis ſibi Brittonibus, murum non terra, ut ante pulvereum, ſed ſaxo ſolidum, inter civitatis, quæ ibidem ob metum hoſtium fuerunt factæ, à mari uſque ad mare collocant. ſed & in littore meridiano maris, quia & inde hoſtis Saxonicus timebatur, turres per intervalla ad proſpectum maris ſtatuunt. id Stilichontis erat opus, ut ex his Claudiani verſibus conſtat:

——— *Caledonio velata Brittania monſtro,*
Ferro Picta genas, cujus veſtigia verrit
Cærulus, Oceanique æſtum mentitur, amictus:
Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,

Mu-

Munivit Stilicho, totam cum Scottus Hybernam
Movit, & infeſto ſpumavit remige Thetys.
Illius effectum curis, nec bella timerem
Scotica ne Pictum tremerem, ne littore toto
Proſpicerem dubiis venturum Saxona ventis.

A. M. MMMMCCCCXI. Occupata à Gothis eſt 38
Roma, ſedes quartæ & maxumæ Monarchiarum, de quibus Daniel fuerat vaticinatus, anno mileſimo centeſimo ſexageſimo quarto ſuæ conditionis. ex quo autem tempore Romani in Brittania regnare ceſſarunt, poſt annos ferme CCCCLXV. ex quo C. Julius Cæſar eandem inſulam adiit.

A. M. MMMMCCCCXLVI. Recedente à Brit- 39
taniis legione Romana, cognita Scotti & Picti reditus denegatione, redeunt ipſi, & totam ab aquilone inſulam pro indigenis muro tenus capeſcunt nec mora, cæſis, captis, fugatisque cuſtodibus muri & ipſo interrupto, etiam intra illum crudelis prædo graſſatur. mittitur epiſtola lachrymis ærumnisque referta ad Romanæ poteſtatis virum Fl. Ætium, ter conſulem, viceſimo tertio Theodoſii Principis anno petens auxilium, nec impetrat.

CAPUT II.

VERITATEM, quoad fieri licuit, ſectatus fui, ſi quid occurrat fortè, illi non exactè congruum, illud michi ne imputetur vitióve vertatur rogo. me enim ad regulas legesque Hiſtoriæ ſollicitè componens, ea bona fide collegi aliorum verba & relatio-

nes, quæ ſincera maxumè deprehendi & fide digniſſima. ad cætera præter Elenchum Imperatorum Legatorumque Romanorum, qui huic inſulæ cum imperio præfuerunt, amplius quidquam expectare nolit Lector, quocúmque meum opus finiam.

II. Igitur, primus omnium Romanorum Dictator Julius cum exercitu, principatu Caſſibellino, Brittaniam ingreſſus, quamquam proſpera pugna terruerit incolas, ut Tacitus refert, ac littore potitus ſit, poteſt videri oſtendiſſe poſteris, non tradidiſſe.

III. Mox bella civilia, & in rempublicam verſa principum arma, ac longa oblivio Brittaniæ etiam in pace. conſilium id Auguſtus vocabat, Tiberius præceptum. agitaſſe Caligulam de intranda Brittania ſatis conſtat, ni velox ingenio, mobilisque pœnitentia, & ingentes adverſus Germaniam conatus fruſtra fuiſſent.

IV. Claudius verò Brittaniæ intulit bellum, quam nullus Romanorum poſt Julium Cæſarem attigerat, transvectis legionibus auxiliisque, ſine ullo prœlio ac ſanguine, intra pauciſſimos dies partem inſulæ in ditionem recepit. deinde miſit Veſpaſianum, adhuc in privata vita, qui tricies & bis cum hoſte conflixit, duas validiſſimas gentes cum Regibus eorum, XX. oppida & inſulam Vectem, Brittaniæ proximam, imperio Romano adjecit. reliquas devicit per Cnæum Sentium & Aulum Plautium, illuſtres & nobiles viros, & triumphum celebrem egit.

V. Subinde Oſtorius Scapula, vir bello egregius, qui in formam provinciæ proximam partem Brittaniæ redegit. addita inſuper veteranorum colonia Camalodunum.

lodunum. quædam civitates Cogiduno Regi donatæ. is ad Trajani uſque Principatum fideliſſimus manſit, ut Tacitus ſcribit.

VI. Mox Avitus Didius Gallus parta à prioribus continuit, paucis admodum caſtellis in ulteriora permotis, per quæ fama auĉti officii quæreretur.

VII. Didium Verannius excepit, isque intra annum exſtinĉtus eſt.

VIII. Suetonius hinc Paulinus biennio proſperas res habuit, ſubaĉtis nationibus, firmatisque præſidiis, quorum fiducia Monam inſulam, ut vires rebellibus miniſtrantem, aggreſſus terga occaſioni patefecit. namque Legati abſentiâ remoto metu Brittones ⁂ accendere, atque Bonduica, generis Regii fœmina, duce, ſumpſere univerſi bellum; ac ſparſos per caſtella milites conſeĉtati, expugnatis præſidiis, ipſam coloniam invaſere, ut ſedem ſervitutis, nec ullum in barbaris ſævitiæ genus omiſit ira & victoria. quod, niſi Paulinus, eo cognito provinciæ motu proſperè ſubveniſſet amiſſa Brittania foret, quam unius prœlii fortuna veteri patientiæ reſtituit, tenentibus arma plerisque, quos conſcientia defeĉtionis, & proprius ex Legato timor agitabat.

IX. Hic cum egregius cætera, arrogantes in deditos & ut ſuæ quoque injuriæ ultor. durius conſuleret; miſſus Petronius Turpilianus tanquam exorabilior & deliĉtis hoſtium novus, eoque pœnitentiæ mitior, compoſitis prioribus, nichil ultra auſus, Trebellio Maximo provinciam tradidit.

X. Trebellius ſegnior & nullis caſtrorum experi-

mentis, comitate quadam curandi, provinciam tenuit. Didicere jam barbari quoque Brittones ignoſcere vitiis blandientibus. & interventus civilium armorum, præbuit juſtam ſegnitiæ excuſationem. ſed diſcordia laboratum, cum aſſuetus expeditionibus miles otio laſciviret. Trebellius fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis, præcariò mox præfuit, ac velut pacti, exercitus licentiam, Dux ſalutem. hæc ſeditio ſine ſanguine ſtetit.

XI. Nec Vectius Bolanus manentibus adhuc civilibus bellis agitavit Brittaniam diſciplina. eadem inertia erga hoſtes ſimilis petulantia caſtrorum: niſi quod innocens Bolanus & nullis delictis inviſus charitatem paraverat loco authoritatis.

XII. Sed ubi cum cætero Orbe, Veſpaſianus & Brittaniam recuperavit, magni Duces, egregii exercitus, minuta hoſtium ſpes: & terrorem ſtatim intulit Petilius Cerealis, Brigantum civitatem, quæ numeroſiſſima provinciæ totius perhibetur, aggreſſus. multa prœlia & aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus, aut bello.

XIII. Sed cum Cerealis quidem alterius ſucceſſoris curam famamque obruiſſet, ſuſtinuit quoque molem Julius Frontinus, vir magnus quantum licebat, validamque & pugnacem Silurum gentem armis ſubegit; ſuper virtutem hoſtium locorum quoque difficultates eluctatus.

XIV. Succeſſit huic Agricola, qui non ſolum acquiſitam provinciæ pacem conſtituit, ſed etiam annos ſeptem plus minus continuis Caledonios, cum bellociſſimo Rege ipſorum Galgaco, debellavit. quo facto Ro-

Romanorum ditioni gentes non antea cognitas adjunxit.

XV. Majorem verò Agricolæ gloriam invidens Domitianus, domum eum revocavit, Legatumque ſuum Lucullum in Brittanias miſit, quod lanceas novæ formæ appellari Lucculeas paſſus eſſet.

XVI. Succeſſor ejus Trebellius erat, ſub quo duæ provinciæ, Veſpaſiana ſcilicet & Maæta, fractæ ſunt. Romani ſe ipſos autem luxuriæ dederunt.

XVII. Circa idem tempus inſulam hancce viſitans Hadrianus Imperator murum, opus ſane mirandum & maxume memorabile, erexit, Juliumque Severum Legatum in Brittaniis reliquit.

XVIII. Poſtea nichil unquam notatu dignum audivimus eſſe perpetratum, donec Antoninus Pius per Legatos ſuos plurima bella geſſit, nam & Brittones, per Lollium Urbicum Proprætorem & Saturninum Præfectum claſſis, vicit, alio muro, ſubmotis barbaris, ducto. provinciam, poſtea Valentiæ nomine notam, revocavit.

XIX. Pio mortuô, varias de Brittonibus, Germaniſque victorias reportavit Aurelius Antoninus.

XX. Mortuô autem Antoninô, cum ea quæ Romanis ademerant ſatis non haberent, magnam à Legato Marcello paſſi ſunt cladem.

XXI. Hic Pertinacem habuit ſucceſſorem, qui fortem quoque ſe geſſit ducem.

XXII. Hunc excepit Clodius Albinus, qui de ſceptro & purpura cum Severo contendit.

XXIII.

XXIII. Poſt hos primus erat Virius Lupus, qui Legati nomine gaudebat. non huic multa præclara geſta adſcribuntur, quippe cujus gloriam intercepit invictiſſimus Severus, qui, fugatis celeriter hoſtibus, murum Hadrianum, nunc ruinoſum, ad ſummam ejus perfectionem reparavit; &, ſi vixerat, propoſuerat exſtirpare barbaros, quibus erat infeſtus, cum eorum nomine, ex hacce inſula. ſed obiit, manu Dei, apud Brigantes in municipio Eboraco.

XXIV. Ejusque in locum ſubiit Alexander, qui orientis quasdam victorias reportavit, in Ediſſa mortuus. *Sicilia*

XXV. Succeſſores habuit Legatos Lucilianum, M. Furium, N. Philippum.....
qui ſi defenſionem terminorum ab ipſis obſervatam exceperimus, nil fere egerunt.

XXVI. Poſt.....
..... *Deſunt reliqua*.....

FINIS.

GILDÆ SAPIENTIS

DE EXCIDIO

BRITANNIÆ

LIBER QUERULUS

Ex antiquiſſimo MS. Cod. Cantabrigienſi

CAROLUS BERTRAM

recenſuit, & Annotationibus illuſtravit.

Epistolam a Galeo editam omisit C. B.

XXIII. Poſt hos primus erat Virius Lupus, qui Legati nomine gaudebat. non huic multa præclara geſta adſcribuntur, quippe cujus gloriam intercepit invictiſſimus Severus, qui, fugatis celeriter hoſtibus, murum Hadrianum, nunc ruinoſum, ad ſummam ejus perfectionem reparavit; &, ſi vixerat, propoſuerat exſtirpare barbaros, quibus erat infeſtus, cum eorum nomine, ex hacce inſula. ſed obiit, manu Dei, apud Brigantes in municipio Eboraco.

XXIV. Ejusque in locum ſubiit Alexander, qui orientis quasdam victorias reportavit, in Ediſſa mortuus. *Sicilia*

XXV. Succeſſores habuit Legatos Lucilianum, M. Furium, N. Philippum.....
qui ſi defenſionem terminorum ab ipſis obſervatam exceperimus, nil fere egerunt.

XXVI. Poſt.....
..... *Deſunt reliqua*.....

FINIS.

GILDÆ SAPIENTIS

DE EXCIDIO

BRITANNIÆ

LIBER QUERULUS

Ex antiquiſſimo MS. Cod. Cantabrigienſi

CAROLUS BERTRAM

recenſuit, & Annotationibus illuſtravit.

Epiſtolam a Galeo editam omiſit C. B.

XXIII. Poſt hos primus erat Virius Lupus, qui Legati nomine gaudebat. non huic multa præclara geſta adſcribuntur, quippe cujus gloriam intercepit inviĉtiſſimus Severus, qui, fugatis celeriter hoſtibus, murum Hadrianum, nunc ruinoſum, ad ſummam ejus perfeĉtionem reparavit; &, ſi vixerat, propoſuerat exſtirpare barbaros, quibus erat infeſtus, cum eorum nomine, ex hacce inſula. ſed obiit, manu Dei, apud Brigantes in municipio Eboraco.

XXIV. Ejusque in locum ſubiit Alexander, qui orientis quasdam victorias reportavit, in Ediſſa mortuus. *Sicilia*

XXV. Succeſſores habuit Legatos Lucilianum, M. Furium, N. Philippum.....
qui ſi defenſionem terminorum ab ipſis obſervatam exceperimus, nil fere egerunt.

XXVI. Poſt.....
..... *Deſunt reliqua*.....

FINIS.

GILDÆ SAPIENTIS

DE EXCIDIO

BRITANNIÆ

LIBER QUERULUS

Ex antiquiſſimo MS. Cod. Cantabrigienſi

CAROLUS BERTRAM

recenſuit, & Annotationibus illuſtravit.

Epiſtolam a Galeo editam omiſit C. B.

DE GILDA THOMAS GALE.

GIldas Hiſtoricus, Albanius, Badonicus, Sapiens, (tot enim innotuit titulis) Iltuti diſcipulus (ut prodit Vitæ Scriptor Monachus Ruyenſis) floruit in illo Banchorenſi nobili cœnobio. Vixit contemporaneus multis Regulis Britannis, qui ſimul locis diverſis, cum imperio præfuerunt ſuis. Hos ob ſcelera, & rempub. male adminiſtratam, ipſe in transmarina Britannia (extra periculum) conſtitutus acerbe exagitat. Unum ex iis ad ſanam mentem revocavit; nam in quodam Chronico Cambrico legi de Conſtantino, quem Gildas increpuit,

CONVERSIO CONSTANTINI AD DOMINUM.

Scripſit præter alia *De Excidio Britanniæ.* citant Beda, Alcuinus, & Lupus, Saxonici Scriptores. vixit anno 512, ut alii 565, vel, ut aliqui 580. De eo W. Malm. in Antiq. Glaſton. p. 296. *Gildas Hiſtoricus; cui Britanni debent, ſi quid notitiæ inter cæteras gentes habent.*

Ordo capitulorum in MS. Cod. Cantabrigienſi; *horum numeri ſtant in margine inferiori.*

Incipiunt capitula libri ſequentis.

Capitulum I.

DEſcriptio Britanniæ Inſulæ & quod illa divina ſtatera terræ totius ponderatice, ſit librata, de ejus ſitu, habitu, & qualitate. De amœnitate, & pulchritudine. De fertilitate, & ubertate. De longitudine, & latitudine. De Civitatibus antiquis & fluminibus præcipuis. De rivis pernitidis, & leni murmure ſerpentibus. De lucidis fontibus, & congruis animalium paſtibus. De frigidis lacubus, & torrentibus exundantibus.

II. De nimia Tyrannide Indigenarum, & crudelitate ſæviſſima Idololatrarum.

III. Quam doloſe Romani Britannis ſibi ſubegerunt, & quam bellicoſe ipſis diutius reluctaverunt.

IV. Quomodo Romani poſtremo Britonibus præpoſitos vectigales præficerint, ita ut non Britannia, ſed Romana Inſu-

Inſula cenſeretur: & quicquid habere potuiſſet æris & argenti, vel auri, Imagini Cæſaris notaretur.

V. Quo tempore Chriſtus in Mundum venerit, & quanta perſecutio tempore Diocletiani emerſerit.

VI. Qvanta Martyrum gloria tam in Britannia quam in univerſa tunc efflоruerit Eccleſia.

VII. Quomodo Eccefia redivivo flore reſpiraverit, ſed tandem Arriani contagio infecta defecerit.

VIII. Qualiter gens Britonum Imperatores Romanos attriverit.

IX. Qualiter Britones arctati à Scotis, & Pictis pro Romano miſerint auxilio, & obtinuerunt. Et quale Conſilium Romani eis dederint. Videlicet, ut inter duo maria murum per millia paſſuum plurima trans inſulam inſtruerent, à mari Scotiæ uſque ad mare Hiberniæ, (i. e.) à *Kair Eden* civitate antiquiſſima, duorum ferme millium ſpatio à Monaſterio *Abercurnig* (quod nunc vocatur *Abercorn*) ad occidentem, tendens contra occidentem, juxta urbem *Alcluth*. At inſulani murum non tam lapidibus quam ceſpitibus conſtruentes, ad nihilum utilem ſtatuunt; quia ſtatim Romanis repatriantibus, iterum ab ipſis impugnati ſunt.

X. Quam miſere legati Britonum Romam iterum mittuntur, ſciſſis veſtibus, nudis pedibus, opertis ſablone capitibus, lubricis greſſibus, lachrymoſis poſtulationibus, querulis vocibus, cunctis membris contrementibus à Romanis auxilio petentes & impetrantes.

XI. Quomodo Britones rurſum Romanorum ſolatium repetierint, & qualiter Romani ſeſe excuſaverint; ſed tamen laudare & monere cœperunt: ut murum à mari ad mare facerent: quod & facerent, à mari *Norwagiæ* uſque ad mare *Gallwadiæ*, per octo pedes latum & duodecim altum. Et turres per intervalla conſtruxerunt, eo in loco ubi Severus Imperator maximam foſſam, firmiſſimumque vallum crebris inſuper turribus communitum per CXXXII. paſſuum longe ante fecerat, (i. e.) à villa quæ Anglice *Walleſende* dicitur, Latine vero caput muri interpretantur: quæ eſt juxta *Tinemuthe*, qui murus multum diſtat à præfato vallo apud meri-

meridiem, quod antea apud *Kair Eden* ſupra mare Scotiæ conſtituerant.

XII. Qualiter gens ſcabra Scotorum comperta excuſatione Romanorum in Britones inſurrexerint, & eos proſequendo laceſſerint.

XIII. Quod Britones adhuc more ſolito ad Romanos mittentes nihil profecerint: ſed rurſum ſuis viribus innitentes Pictos propulerint.

XIV. Quomodo omnis juſtitia à Britonibus perierit, & omnis nequitia pro veritate, etiam inter religioſes; ſuccreverit.

XV. Quod Britones pro Saxonibus miſerunt, & eos, Deo Judicante pro peccati flagello ſuſceperunt.

XVI. Qualiter gens Saxonica cum tribus *Kyulis* Britanniam appulerit, & poſtea Britones impugnaverit.

XVII. Quomodo Saxones ſumptus majores ſolito expetunt, & hoc genere impugnandi materias quæſierunt & ſancta Dei diripuerunt.

XVIII. Qualiter Ambroſius Aurelianus ſolus eis reſtiterit, & quis GILDÆ SAPIENTIS nativitatis annus ſit.

XIX. Quomodo gens Britannica poſtea tota Idololatriæ erroribus ſit ſubdita.

XX. Recapitulatio ſingulorum quæ ſuperius deſcripta ſunt Epigrammatum. In qua recapitulatione operis promittit auctor ſe majorem librum de Regibus Britonum, & de prœliis eorum * deſcribendum, quem & poſtea facit.

Expliciunt Capitula.

VARIANTES LECTIONES.

* Deſcripturum. *Porro in recap. op. nihil horum reperitur in Cod. MS. quæ hic affirmantur de Gilda.* GALE.

PRÆ-

PRÆFATIO GILDÆ.

IN *a.* hoc libro[f] quicquid deflendo potius quam declamando (vili licet ſtylo, tamen benigno) fuero proſecutus, ne quis me, affectu cunctos ſpernentis, omnibusve melioris (quippe qui commune bonorum diſpendium malorumque cumulum lachrymoſis querelis defleam) ſed condolentis patriæ incommoditatibus, miſeriisque ejus, ac remediis condelectantis, edicturum putet; quia *b.* vero[f] non tam fortiſſimorum militum enunciare trucis belli pericula mihi ſtatutum eſt, quam deſidioſorum: Silui (fateor) cum immenſo *c.* dolore mentis[f], & animi compunctione, cordisque contritione, & attonito ſenſu ſæpius hæc omnia in animo revolvere, & (ut mihi rerum ſcrutator teſtis eſt Dominus) ſpatio biluſtri temporis, vel eo amplius prætereuntis: Imperitia ſicut & nunc, *d.* una cum chariſſimis mei amicis imperantibus, ut qualemcunque gentis Britannicæ hiſtoriolam, ſive admonitiunculam ſcriberem[f]. In zelo igitur domus Domini, ſacræ legis, ſeu cogitatuum rationibus, vel fratrum religioſis precibus coactus, nunc perſolvo debitum, multo tempore antea exactum, vile quidem *e.* ſtylo[f], ſed fidele (ut puto) & amicale quibusque egregiis Chriſti tyronibus; grave vero & importabile apoſtatis inſipientibus: Quorum priores (ni fallor) cum lachrymis forte quæ ex DEI Charitate profluunt, alii cum triſtitia (ſed quæ de indignatione & puſillanimitate deprehenſæ conſcientiæ extorquetur) illud excipient. *f.* Igitur[f], Deo volente, pauca, 1. De ſitu. 2. De

a. Hac Epiſtola. *b. Deeſt.* *c.* Cordis dolore. *Reliqua autem deſiderantur, uſque ad*, ut mihi. *d.* Una cum vilibus me meritis inhibentibus, ne qualemcunque admonitiunculam ſcriberem. *e. Deeſt.* *f.* Sed ante promiſſum. GALE.

contumacia. 3. De ſubjectione. 4. De rebellione. 5. *a*. De ſecunda ſubjectione, ac duro[*l*] famulatu. 6. De religione. 7. De perſecutione. 8. De Sanctis Martyribus. 9. De diverſis hæreſibus. 10. De tyrannis. 11. De duabus gentibus *b*. victricibus[*l*]. *c*. De prima vaſtatione[*l*]. 12. De defenſione. 13. *d*. De ſecunda vaſtatione. 14. De ſecunda ultione[*l*]. 15. De tertia vaſtatione. 16. De fame. 17. *e*. De epiſtolis[*l*]. 18. De Victoria. 19. De ſceleribus. 20. De nuntiatis ſubito hoſtibus. 21. De famoſa peſte. 22. De conſilio. 23. De ſæviore multo primis hoſte. 24. De urbium ſubverſione. 25. De reliquiis. 26. De poſtrema pace *f*. quæ[*l*] poſtrema victoria temporibus noſtris Dei nutu donata eſt, dicere g. curabo.

Explicit Præfatio.

a. Item de ſubjectione ac diro. *b*. Vaſtatricibus. *c*. *Deeſt*. *d*. Itemque vaſtatione. *e*. Epiſtolis ad Agitium. *f*. Patriæ victoria, quæ. g. Conamur. GALE.

---

* ARGUMENTUM[*l*].

INCIPIT Liber querulus *S. Gildæ Sapientis* de excidio Britanniæ. De calamitatibus & prævaricationibus ejus civium. De exulatione Britonum, & duris oppreſſionibus eorum, & quam doloſe Romani eos ſibi ſubegerint, & quam bellicoſe ipſis diutius reſtiterint; & quomodo Romani poſtremo eis præpoſitos vectigales præfecerint, ita ut non Britannia ſed Romana Inſula vocaretur, & omnis moneta auri, argenti, & æris imagini Cæſaris notaretur. Quo tempore Chriſtus in mundum venerit. Et quanta perſecutio tempore Diocletiani emerſerit. Quantum martyrum gloria tunc Britannia efflorverit. Qualiter gens Britonum Imperatores Romanos attriverit.

HISTO-

[a] HISTORIA GILDÆ.

CAP. I. *De ſitu Britanniæ.*

BRITANNIA inſula in extremo ferme orbis limite circium occidentemque verſus, divina, ut dicitur, ſtatera terræ totius ponderatrice librata; ab Africo boriali propenſius tenſa axi, octingentorum in longo milium, ducentorum in lato ſpatium (exceptis diverſorum prolixioribus promontoriûm tractibus, quæ arcuatis oceani finibus ambiuntur) tenens: cujus *b.* diffuſione, & (ut ita dicam) intransmeabili undique circulo, abſque meridianæ freto plagæ, (quo ad Galliam Belgicam navigatur) vallata *c.* duûm oſtiis nobilium Thameſis ac Sabrinæ fluminum veluti brachiis (per quæ eidem olim tranſmarinæ delitiæ ratibus vehebantur) aliorumque minorum, meliorata: bis denis biſque *d.* quaternis civitatibus, ac nonnullis *e.* Caſtellis, *f.* murorum, turrium ſerratarum, portarum, *g.* domorumque (*h.* quorum culmina minaci *i.* proceritate porrecta in *k.* edito forti compage *l.* pangebantur) *m.* molitionibus non improbabiliter inſtructis decorata: *n.* campis late panſis, collibusque amœno ſitu locatis præpollenti culturæ aptis, *o.* montibuſque al-

a. Epiſtola. *b.* Diffuſiore. *c.* Duorum. *d.* Quaternis fulget *Frag. apud Johan. à Boſco.* *e.* Caſtellis decoratur. *ita Frag. ſupradictum.* *f.* Murorum quoque ac turrium, ſerratarum portarum. *ita Fragm.* *g. Deeſt* que *Joſſ.* Domorum etiam. *Fragm.* *h.* Quarum. *i. Ita Joſſ. & Fragm. In MS. vero Cant. corrupte legitur* proteleritate. *k.* Editum *Fragm.* *l.* Cernuntur *Fragm.* *m.* Munitionibus. *Joſſ. Locus autem integer hoc modo legitur in Frag.* non improbabiliter eſt adornata inſtructis munitionibus. *n.* Campis quoque fulget *Frag.* *o. Deeſt* que *Joſſ.* montibus etiam *Frag.* GALE.

ternandis animalium paſtibus *a.* magne/ convenientibus (*b.* diverſorum/ colorum flores humanis greſſibus pulſati, non indecentem *c.* quondam/ ſeu picturam eisdem *d.* imprimebant/) electa veluti ſponſa monilibus diverſis ornata: fontibus lucidis, crebris undis niveas veluti glareas palantibus, pernitidisque rivis leni murmure ſerpentibus, *e.* quorumque/ in ripis accubantibus ſuavis ſoporis pignus prætendentibus, & lacubus frigidum aquæ torrentem vivæ exundantibus irrigua.

CAP. II. *De Contumacia.*

Hæc erecta cervice & mente, ex quo inhabitata eſt, nunc Deo, interdum civibus, nonnunquam etiam tranſmarinis Regibus, & ſubjectis *f.* interdum/ ingrata conſurgit. Quid enim deformius, quidque iniquius poteſt humanis auſibus vel eſſe, vel intromitti negotium, quam Deo timorem, bonis civibus charitatem, in altiore dignitate *g.* compoſitis/ abſque fidei detrimento debitum denegare honorem, & frangere divino ſenſui humanoque fidem, & abjecto cœli & terræ metu, propriis adinventionibus aliquem *h.* ex/ libi-

a. Maxime *Joſſ.* optime *Fragm.* *b.* Quorum diverſorum *Joſſ. Parentheſi incluſa ſic leguntur in Frag.* qui diverſorum colorum floribus grati redduntur humanis viſibus. *Quæ vero ſequuntur uſque ad finem capitis hoc modo:* veluti electa ſponſa diverſis ornata monilibus. Fontibus lucidis crebrisque gaudet; ex quibus rivuli leni murmure ſerpentes, ſuave pignus ſoporis tribuunt viatoribus feſſis. Duorum etiam oſtiis nobilium fluminum, Thameſis videlicet ac Sabrinæ, veluti brachiis meliorata, per quæ eidem Britanniæ olim tranſmarinæ deliciæ ratibus vehebantur: aliorumque fluminum minorum infuſione irrigatur. *c. Deeſt.* *d.* Imprimebat. *e.* Ipſorumque. *f. Deeſt.* *g.* Poſitis. *h.* Et. GALE.

libidinibus Regi? Igitur non omittens priſcos illos communeſque cum omnibus gentibus errores, quibus ante adventum Chriſti in carne omne humanum genus obligabatur adſtrictum, nec enumerans patriæ portenta ipſa diabolica, pene numero *a.* vincentia Ægyptiaca[1] (quorum nonnulla, lineamentis adhuc deformibus intra vel extra deſerta mœnia ſolito more rigentia, torvis vultibus intuemur) neque nominatim inclamitans montes ipſos, aut colles, vel fluvios olim exitales (nunc vero humanis uſibus utiles) quibus divinus honor à cæco tunc populo cumulabatur: & tacens vetuſtos immanium tyrannorum annos, qui in aliis longe poſitis regionibus vulgati ſunt (ita ut Porphyrius *b.* rabidus canis orientalis adverſus Eccleſiam[1] dementiæ ſuæ ac vanitatis ſtylo hoc etiam adnecteret: *Britannia c.* eſt[1], inquiens, *fertilis Provincia tyrannorum*) illa tamen proferre conabor in medium, quæ temporibus Imperatorum Romanorum & paſſa eſt, & aliis intulit civibus *d.* longe[1] poſitis mala: quantum tamen potuero, non tam ex ſcripturis patriæ, ſcriptorumve monumentis (quippe quæ, vel ſi qua fuerint, aut ignibus hoſtium exuſta, aut civium *e.* exilii[1] claſſe longius deportata, non compareant) quam tranſmarina relatione, quæ crebris irrupta intercapedinibus, non ſatis claret.

CAP. III. *De ſubjectione.*

Etenim Reges *f.* Romani[1] cum orbis imperium obtinuiſſent, ſubjugatiſque finitimis quibuſque regionibus vel inſulis orientem verſus, prima Parthorum pace

a. Ægyptiaca vincentia. *b.* Rabidus orientalis adverſus Eccleſiam canis. *c.* *Deeſt.* *d.* Et longe. *e.* Exulum. *f.* Romanor. GALE.

Indorumque confinium (qua peracta, in omni pene terra tum ceſſavere bella) potioris famæ viribus firmaſſent, non acies flammæ quodammodo rigidi tenoris ad occidentem cæruleo Oceani torrente *a.* vel cohiberi potuit*l*, vel extingui: ſed transfretans inſulæ parendi leges nullo obſiſtente advexit, imbellemque populum ſed infidelem, non tam ferro, *b.* &*l* igni, *c.* machinisque*l* (ut alias gentes) quam ſolis minis, vel judiciorum concuſſionibus, in ſuperficie tamen vultus, preſſo in altum cordis dolore, ſui obedientiam proferentem edictis ſubjugavit.

CAP. IV. *De rebellione.*

Quibus ſtatim Romam, ob inopiam ceſpitis, ut *d.* aiunt*l*, repedantibus, & nihil de rebellione ſuſpicantibus, rectores ſibi relictos ad enuntianda plenius vel confirmanda Romani Regni molimina Leæna trucidavit doloſa. *e.* Quibus ita geſtis cum talia Senatui nuntiarentur, & propero exercitu *f.* vulpeculis (ut fingebat) ſubdolis*l* ulciſci feſtinaret: non militaris in mari claſſis parata fortiter dimicare pro patria, neque quadratum agmen, *g.* nec*l* dextrum cornu, *h.* aliuſve*l* belli apparatus in littore *i.* conſeritur*l*, ſed terga pro *k.* ſcutis*l* fugantibus *l.* dabantur*l*, & colla gladiis (gelido per oſſa tremore currente) manusque vinciendæ muliebriter protenduntur: ita ut in proverbium & deriſum longe lateque *m.* efferatur*l*, quod non Britanni ſunt in bello fortes, nec in pace fideles.

CAP.

a. Potuit vel cohiberi. *b. Deeſt.* *c.* Machinis. *d.* Ut agebant *Joſſelin male.* *e. Hic incipit Cap. IV. in MS. Cant.* *f.* Vulpeculas (ut fingebat) ſubdolas. *g.* Neque. *h.* Aliive. *i.* Conſeruntur. *k.* Scuto. *l.* Dantur. *m.* Efferretur. GALE.

CAP. V. *De ſecunda ſubjectione, ac duro famulatu.*

Itaque *a.* multis Romani[1] perfidorum cæſis, nonnullis ad ſervitutem (ne terra penitus in ſolitudinem redigeretur) mancipalibus reſervatis, patria vini oleique *b.* experte[1], Italiam petunt, *c.* ſuorumque[1] quosdam *d.* præpoſitos relinquentes[1], indigenarum dorſis maſtigias, cervicibus jugum, ſolo nomen Romanæ ſervitutis hærere facturos, ac non tam militari manu quam *e.* flagellis[1] callidam gentem maceraturos, & ſi res ſic poſtulaviſſet, enſem (ut dicitur) vagina vacuum lateri ejus *f.* populi[1] accommodaturos; ita ut non Britannia, ſed *g.* Romana Inſula[1] cenſeretur, & quicquid habere potuiſſet æris, argenti, vel auri, imagine Cæſaris notaretur.

b. CAP. VI. *De religione.*

Interea glaciali frigore rigenti inſulæ, & velut longiore terrarum ſeceſſu ſoli viſibili non proximæ, verus ille *i.* ſol[1], non de *k.* firmamento[1] temporali, ſed de ſumma etiam cœlorum arce tempora cuncta excedente, univerſo orbi præfulgidum ſui coruſcum oſtendens; tempore (ut ſcimus) ſummo Tiberii Cæſaris, (quo abſque ullo impedimento ejus propagabatur religio, comminata, ſenatu nolente, à Principe morte dilatoribus militum ejusdem) radios ſuos primum indulget, id eſt, ſua præcepta Chriſtus.

a. Romani multis. *b.* Experte relicta. *c.* Suorum. *d.* Relinquentes præpoſitos. *e.* Flagris. *f.* Deeſt. *g.* Romania. *h.* V. *in MS. Codice*: *i.* Deeſt. *k.* Firmamento ſolum. GALE.

CAP. VII. *De perſecutione.*

Quæ licet ab incolis tepide ſuſcepta ſunt, apud quosdam tamen integre, & alios minus uſque ad perſecutionem Diocletiani tyranni novennem: in qua ſubverſæ per totum mundum ſunt Eccleſiæ, & cunctæ ſacræ ſcripturæ, quæ inveniri potuerant, in plateis exuſtæ, & electi ſacerdotes gregis Domini cum innocentibus ovibus trucidati: ita ut ne veſtigium quidem (ſi fieri potuiſſet) in nonnullis *a.* provinciis[l] Chriſtianæ religionis appareret. *b.* Permanſere[l] tunc quantæ fugæ, quantæ ſtrages, quantæ diverſarum mortium pœnæ, quantæ *c.* religionis[l] apoſtatarum ruinæ, quantæ *d.* glorioſiſſimorum[l] martyrum coronæ, quanti perſecutorum rabidi furores, quantæ è contrario Sanctorum patientiæ fuere, eccleſiaſtica hiſtoria narrat: ita ut agmine denſo certatim (relictis poſt tergum mundialibus tenebris) ad amœna cœlorum regna, quaſi ad propriam ſedem, tota feſtinaret Eccleſia.

CAP. VIII. *De ſanctis Martyribus.*

Magnificavit igitur miſericordiam ſuam *e.* Deus nobiſcum[l] *volens omnes homines ſalvos fieri, & vocans* non minus *peccatores*, quam eos *f.* qui putent ſe *eſſe juſtos*[l], qui gratuito munere ſupradicto (ut *g.* cognoſcimus[l]) perſecutionis tempore, *h.* ne[l] craſſa atræ noctis caligine Britannia obfuſcaretur, clariſſimas lampades Sanctorum martyrum nobis accendit, quorum nunc corporum ſepulturæ, & paſſionum loca, ſi non lugubri *i.* di-

a. Provinciæ locis. *b. Deeſt apud Polid. Virgil.* *c. Deeſt.* *d.* Glorioſorum. *e.* Nobiſcum Deus. *f.* Qui ſe putant juſtos. *g.* Conjicimus. *h.* Ne penitus. *i.* Divortio. GALE.

divortione barbarorum, quam plurima ob ſcelera noſtra, civibus, adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardorem divinæ charitatis incuterent. Sanctum Albanum Verolamenſem, Aaron & Julium Legionum urbis civis, *a.* & cæteros utriusque ſexus diverſis in locis ſumma magnanimitate in acie Chriſti perſtantes dico. Quorum prior poſtquam charitatis gratia confeſſorem *b.* alium perſecutoribus inſectatum, & jam jamque comprehendendum (imitans & in hoc Chriſtum *animam pro ovibus ponentem*) domo primum, ac mutatis dein mutuo veſtibus, occuluit, *c.* & diſcrimini ſe fratris in ſupradicti veſtimentis libenter perſequendum dedit: ita Deo *d.* placens inter ſacram confeſſionem cruroremque coram impiis, Romana tum ſtigmata cum horribili *e.* phantaſmate præferentibus *f.* ſignorum miraculis mirabiliter adornatus eſt, ut oratione ferventi, illi Iſraeliticæ arenti viæ minusque tritæ (ſtante diu arca, prope glareas, teſtamenti, in medio Jordanis canali) ſimile iter ignotum, *g.* trans nobilis fluvii alveum cum mille viris, ſicco ingrediens pede, (ſuſpenſis utrinque modo præruptorum fluvialibus montium gurgitibus) aperiret, & priorem carnificem tanta prodigia videntem in agnum ex lupo mutaret, & una ſecum triumphalem Martyrii palmam *h.* ſiſtere vehementius, & excipere fortius faceret, Cæteri vero ſic diverſis cruciatibus torti ſunt, & inaudita membrorum diſcerptione lacerati *i.* ſunt, ut abſque cunctamine glorioſi in egregiis Hieruſalem veluti portis, Martyrii ſui Trophæa defigerent. Nam qui ſuperfuerant ſylvas ac deſertis abditiſque ſpelun-

a. Cæteroſque. *b. Deeſt.* *c.* Et ſe diſcrimini in fratris ſupradicti. *d. Deeſt.* *e.* Phantaſia. *f.* Placens ſignorum. *g.* Trans Thameſis. *h.* Sitire, *i. Deeſt.* GALE.

CAP. VII. *De perſecutione.*

Quæ licet ab incolis tepide ſuſcepta ſunt, apud quosdam tamen integre, & alios minus uſque ad perſecutionem Diocletiani tyranni novennem: in qua ſubverſæ per totum mundum ſunt Eccleſiæ, & cunctæ ſacræ ſcripturæ, quæ inveniri potuerant, in plateis exuſtæ, & electi ſacerdotes gregis Domini cum innocentibus ovibus trucidati: ita ut ne veſtigium quidem (ſi fieri potuiſſet) in nonnullis *a.* provinciis[l] Chriſtianæ religionis appareret. *b.* Permanſere[l] tunc quantæ fugæ, quantæ ſtrages, quantæ diverſarum mortium pœnæ, quantæ *c.* religionis[l] apoſtatarum ruinæ, quantæ *d.* glorioſiſſimorum[l] martyrum coronæ, quanti perſecutorum rabidi furores, quantæ è contrario Sanctorum patientiæ fuere, eccleſiaſtica hiſtoria narrat: ita ut agmine denſo certatim (relictis poſt tergum mundialibus tenebris) ad amœna cœlorum regna, quaſi ad propriam ſedem, tota feſtinaret Eccleſia.

CAP. VIII. *De ſanctis Martyribus.*

Magnificavit igitur miſericordiam ſuam *e.* Deus nobiſcum[l] *volens omnes homines ſalvos fieri, & vocans* non minus *peccatores*, quam eos *f.* qui putent ſe *eſſe juſtos*[l], qui gratuito munere ſupradicto (ut *g.* cognoſcimus[l]) perſecutionis tempore, *h.* ne[l] craſſa atræ noctis caligine Britannia obfuſcaretur, clariſſimas lampades Sanctorum martyrum nobis accendit, quorum nunc corporum ſepulturæ, & paſſionum loca, ſi non lugubri *i.* di-

a. Provinciæ locis. *b. Deeſt apud Polid. Virgil.* *c. Deeſt.* *d.* Glorioſorum. *e.* Nobiſcum Deus. *f.* Qui ſe putant juſtos. *g.* Conjicimus. *h.* Ne penitus. *i.* Divortio. GALE.

divortione[l] barbarorum, quam plurima ob ſcelera noſtra, civibus, adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardorem divinæ charitatis incuterent. Sanctum Albanum Verolamenſem, Aaron & Julium Legionum urbis civis, *a.* & cæteros[l] utriusque ſexus diverſis in locis ſumma magnanimitate in acie Chriſti perſtantes dico. Quorum prior poſtquam charitatis gratia confeſſorem *b.* alium[l] perſecutoribus inſectatum, & jam jamque comprehendendum (imitans & in hoc Chriſtum *animam pro ovibus ponentem*) domo primum, ac mutatis dein mutuo veſtibus, occuluit, *c.* & diſcrimini ſe fratris in ſupradicti[l] veſtimentis libenter perſequendum dedit: ita Deo *d.* placens[l] inter ſacram confeſſionem cruroremque coram impiis, Romana tum ſtigmata cum horribili *e.* phantaſmate[l] præferentibus *f.* ſignorum[l] miraculis mirabiliter adornatus eſt, ut oratione ferventi, illi Iſraeliticæ arenti viæ minusque tritæ (ſtante diu arca, prope glareas, teſtamenti, in medio Jordanis canali) ſimile iter ignotum, *g.* trans[l] nobilis fluvii alveum cum mille viris, ſicco ingrediens pede, (ſuſpenſis utrinque modo præruptorum fluvialibus montium gurgitibus) aperiret, & priorem carnificem tanta prodigia videntem in agnum ex lupo mutaret, & una ſecum triumphalem Martyrii palmam *h.* ſiſtere[l] vehementius, & excipere fortius faceret, Cæteri vero ſic diverſis cruciatibus torti ſunt, & inaudita membrorum diſcerptione lacerati *i.* ſunt[l], ut abſque cunctamine glorioſi in egregiis Hieruſalem veluti portis, Martyrii ſui Trophæa defigerent. Nam qui ſuperfuerant ſylvas ac deſertis abditiſque ſpelun-

a. Cæteroſque. *b. Deeſt.* *c.* Et ſe diſcrimini in fratris ſupradicti. *d. Deeſt.* *e.* Phantaſia. *f.* Placens ſignorum. g. Trans Thameſis. *h.* Sitire, *i. Deeſt.* GALE.

cis ſe occultavere, expectantes à juſto rectore omnium DEO carnificibus ſevera quandoque judicia, ſibi vero animarum tutamina. *a.* Igitur bilustro ſupradicti turbinis nec dum ad integrum *b.* adimpleto emarceſcentibusque nece ſuorum autorum nefariis *c.* edictis, lætis luminibus omnes Chriſti tyrones, quaſi poſt hyemalem ac prolixam noctem, temperiem lucemque ſerenam auræ cœleſtis excipiunt; renovant Eccleſias ad ſolum uſque deſtructas; baſilicas Sanctorum martyrum fundant, conſtruunt, perficiunt; ac velut victricia ſigna paſſim propalant; dies feſtis celebrant; *d.* ſacramenta mundo corde oreque conficiunt; omnes exultant filii, gremio ac ſi matris Eccleſiæ confoti.

CAP. IX. *De diverſis hæreſibus.*

Manſit namque hæc Chriſti capitis *e.* membrorumque conſonantia ſuavis donec Arriana perfidia, atrox ſeu anguis, tranſmarina nobis evomens venena, fratres in unum habitantes *f.* exitiabile faceret ſejungi ac ſic quaſi via facta trans oceanum omnes omnino beſtiæ feræ mortiferum cujuslibet hæreſios virus horrido ore vibrantes, letalia dentium vulnera patriæ novi ſemper aliquid audire volenti, & nihil certe ſtabiliter obtinenti, infigebant.

g. CAP. X. *De tyrannis.*

Itemque tandem tyrannorum virgultis creſcentibus, & in immanem ſylvam jam jamque erumpentibus,

a. Hic incipit cap. VII. in MS. Cant. *b.* Expleto. *c.* Decretis. *d.* Sacra.. *e. Deeſt.* *f.* Exitiabiliter. *g. VIII. in MS.* GALE.

bus, inſula nomen Romanum, * nec tamen *a.* mores[1] legemque tenens, quin potius abjiciens, germen ſuæ plantationis amariſſimæ ad Gallias, magna comitante ſatellitum caterva, inſuper etiam *b.* Imperatoris[1] inſignibus (quæ nec decenter uſquam geſſit) *c.* nec[1] legitime, ſed ritu tyrannico & tumultuante initiatum milite Maximum mittit. Qui, callida primum arte potius quam virtute, finitimos quoſque pagos vel provincias contra Romanum ſtatum, *d.* per[1] retia perjurii mendaciique ſui facinoroſo regno adnectens, & unam alarum ad Hiſpaniam, alteram ad Italiam extendens, & thronum iniquiſſimi imperii apud Treveros ſtatuens, tanta inſania in dominos debacchatus eſt, ut duos Imperatores legitimos, unum Roma, alium religioſiſſima vita pelleret. Nec mora, tam *e.* fertilibus[1] vallatus audaciis, apud Aquilegiam urbem capite nefando cæditur, qui decorata totius orbis capita regni quodammodo *f.* cervicibus[1] dejecerat.

CAP. XI. *De duabus gentibus g. victricibus[1], de prima vaſtatione.*

Exin Britannia omni armato milite, *h.* militaribusque[1] copiis, rectoribus *i.* linquitur[1] immanibus, ingenti juventute ſpoliata, (quæ comitata veſtigiis ſupradicti tyranni domum nuſquam ultra rediit) & omnes belli *k.* uſus ignara penitus[1]; duabus primum gentibus transmarinis vehementer ſævis, Scotorum à Circione, Pictorum ab Aquilone calcabilis multos ſtupet gemetque *l.* per[1] annos.

CAP.

* Vide ſupra Cap. V. & infra cap. XIV

a. Morem. *b.* Imperatoribus. *c.* Non. *d.* *Deeſt.* *e.* Feralibus. *f.* *Deeſt.* *g.* Vaſtatricibus. *h.* *Deeſt* que. *i.* Licet. *k.* Uſu pernitus ignara. *l.* *Deeſt.*

GALE.

cis ſe occultavere, expectantes à juſto rectore omnium DEO carnificibus ſevera quandoque judicia, ſibi vero animarum tutamina. *a.* Igitur[*f*] biluſtro ſupradicti turbinis nec dum ad integrum *b.* adimpleto[*f*] emarceſcentibusque nece ſuorum autorum nefariis *c.* edictis[*f*], lætis luminibus omnes Chriſti tyrones, quaſi poſt hyemalem ac prolixam noctem, temperiem lucemque ſerenam auræ cœleſtis excipiunt; renovant Eccleſias ad ſolum uſque deſtructas; baſilicas Sanctorum martyrum fundant, conſtruunt, perficiunt; ac velut victricia ſigna paſſim propalant; dies feſtis celebrant; *d.* ſacramenta[*f*] mundo corde oreque conficiunt; omnes exultant filii, gremio ac ſi matris Eccleſiæ confoti.

CAP. IX. *De diverſis hæreſibus.*

Manſit namque hæc Chriſti capitis *e.* membrorumque[*f*] conſonantia ſuavis donec Arriana perfidia, atrox ſeu anguis, tranſmarina nobis evomens venena, fratres in unum habitantes *f.* exitiabile[*f*] faceret ſejungi ac ſic quaſi via facta trans oceanum omnes omnino beſtiæ feræ mortiferum cujuslibet hæreſios virus horrido ore vibrantes, letalia dentium vulnera patriæ novi ſemper aliquid audire volenti, & nihil certe ſtabiliter obtinenti, infigebant.

g. CAP. X. *De tyrannis.*

Itemque tandem tyrannorum virgultis creſcentibus, & in immanem ſylvam jam jamque erumpentibus,

a. Hic incipit cap. VII. in MS. Cant. *b.* Expleto. *c.* Decretis. *d.* Sacra.. *e. Deeſt.* *f.* Exitiabiliter. *g. VIII. in MS.* GALE.

bus, inſula nomen Romanum, * nec tamen *a.* mores[1] legeimque tenens, quin potius abjiciens, germen ſuæ plantationis amariſſimæ ad Gallias, magna comitante ſatellitum caterva, inſuper etiam *b.* Imperatoris[1] inſignibus (quæ nec decenter uſquam geſſit) *c.* nec[1] legitime, ſed ritu tyrannico & tumultuante initiatum milite Maximum mittit. Qui, callida primum arte potius quam virtute, finitimos quoſque pagos vel provincias contra Romanum ſtatum, *d.* per[1] retia perjurii mendaciique ſui facinoroſo regno adnectens, & unam alarum ad Hiſpaniam, alteram ad Italiam extendens, & thronum iniquiſſimi imperii apud Treveros ſtatuens, tanta inſania in dominos debacchatus eſt, ut duos Imperatores legitimos, unum Roma, alium religioſiſſima vita pelleret. Nec mora, tam *e.* fertilibus[1] vallatus audaciis, apud Aquilegiam urbem capite nefando cæditur, qui decorata totius orbis capita regni quodammodo *f.* cervicibus[1] dejecerat.

CAP. XI. *De duabus gentibus g. victricibus[1], de prima vaſtatione.*

Exin Britannia omni armato milite, *h.* militaribusque[1] copiis, rectoribus *i.* linquitur[1] immanibus, ingenti juventute ſpoliata, (quæ comitata veſtigiis ſupradicti tyranni domum nuſquam ultra rediit) & omnes belli *k.* uſus ignara penitus[1]; duabus primum gentibus transmarinis vehementer ſævis, Scotorum à Circione, Pictorum ab Aquilone calcabilis multos ſtupet gemetque *l.* per[1] annos.

CAP.

* Vide ſupra Cap. V. & infra cap. XIV

a. Morem. *b.* Imperatoribus. *c.* Non. *d. Deeſt.* *e.* Feralibus. *f. Deeſt.* *g.* Vaſtatricibus. *h. Deeſt* que. *i.* Licet. *k.* Uſu pernitus ignara. *l. Deeſt.*

GALE.

a. CAP. XII. / *De defenſione.*

b. Gens igitur Britonum Scotorum Pictorumque impetum non ferens /, ob *c.* quorum / infeſtationem ac diriſſimam depreſſionem, legatos Romam cum epiſtolis mittit, militarem manum ad ſe vindicandam lachrymoſis poſtulationibus poſcens, & ſubjectionem ſui Romano imperio continue tota animi virtute (ſi hoſtis longius arceretur) vovens. Cui mox deſtinatur legio præteriti mali immemor, ſufficienter armis inſtructa. Quæ ratibus trans Oceanum in Patriam advecta, & cominus cum gravibus hoſtibus congreſſa, magnamque ex eis multitudinem ſternens; & omnes è finibus depulit, & ſubjectos civis tam atroci dilaceratione ex imminenti captivitate liberavit. Quos juſſit conſtituere inter duo maria trans inſulam murum; ut eſſet arcendis hoſtibus *d.* turba / inſtructus terrori, civibuſque tutamini. Qui vulgo irrationabili abſque rectore factus, non tam lapidibus quam ceſpitibus, non profuit.

CAP. XIII. *e.* *De ſecunda vaſtatione.*

f. Illa Legione cum triumpho magno & gaudio domum repetente /, illi priores inimici, ac *g.* quaſi / ambrones lupi profunda fame rabidi, ſiccis faucibus *h.* in / ovile tranſilientes, non comparente paſtore, alis remorum remigumque brachiis, ac velis vento *i.* ſinuatis / vecti, terminos rumpunt, cæduntque omnia, & quæque obvia maturam ſeu ſegetem metunt, calcant, tranſeunt.

CAP.

a. IX. *in MS.* *b.* *Deſunt.* *c.* Quarum. *d.* A turba. *e.* Iterum de vaſtatione. *f.* Illa domum cum triumpho magno & gaudio repedante. *g.* Acſi. *h.* *Deeſt.* *i.* Juvatis. GALE.

a. CAP. XIV. *De ſecunda ultione.*

Itemque mittuntur queruli legati, ſciſſis (ut dicitur) veſtibus, opertiſque ſablone capitibus, impetrantes à Romanis auxilia, ac veluti timidi pulli patrum *b.* fideliſſimis alis ſuccumbentes, ne penitus miſera patria deleretur, nomenque *c.* Romanum, quod verbis tantum apud eos auribus reſultabat, vel exterarum gentium opprobrio obroſum vileſceret. At illi, quantum humanæ naturæ poſſibile eſt, commoti tantæ hiſtoria tragœdiæ, volatus ceu aquilarum, equitum in terra, nautarum in mari, curſus accelerantes, inopinatos primum, tandem terribiles inimicorum *d.* ungues cervicibus infigunt mucronum, caſibuſque foliorum tempore certo *e.* ad ſimulandum iſtam peragunt ſtragem, *f.* ac fit, ſi montanus torrens crebris tempeſtatum rivulis auctus, ſonoroſoque meatu alveos exundans, ac ſulcato dorſo fronteque acra, erectis ut aiunt; ad nebulas undis (luminum quibus pupilli perſæpe licet palpebrarum *g.* convolutibus innovati *h.*, adjunctis ſibi minutiſſimarum rotarum tautonibus veluti fuſcantur) mirabiliter ſpumans; aſt uno *objectas* ſibi *evincit gurgite moles:* ita æmulorum agmina *i.* auxiliatores egregii (ſi qua tamen evadere potuerant) *k.* propere trans maria fugaverunt, quia anniverſarias avide prædas nullo obſiſtente trans maria exaggerabant. *l.* Igitur Romani patria reverſi, denuntiantes nequaquam ſe tam laborioſis expeditionibus poſſe frequentius vexari, & ob imbelles erraticoſque latrunculos, Romana ſtigmata, tan-

a. IX. *in MS.* *b.* Fidiſſimis. *c.* Romanorum. *d.* Cervicibus infigunt mucronum ungues. *e.* Aſſimulandam iisdem. *f.* Acſi. *g.* Convolatibus. *h.* Adjunctiſſimarum rotarum lineis. *i.* Auxiliares. *k.* Præpropere. *l. Hic incipit Caput XI. in MS. Cant.* GALE.

tantum talemque exercitum, terra ac mari fatigari: ſed ut *a.* Inſula / potius, conſueſcendo armis, ac viriliter dimicando, terram, ſubſtantiolam, conjuges, liberos, & (quod his majus eſt) libertatem vitamque totis viribus *b.* vindicaret /, & gentibus nequaquam ſe fortioribus (niſi ſegnitia & torpore *c.* diſſolverentur /) *d.* ut / inermes vinclis vinciendas nullo modo, ſed inſtructas peltis, enſibus, haſtis, & ad cædem promptas protenderet manus, ſuadentes (quia & hoc putabant aliquid derelinquendo populo commodi accreſcere) murum, non ut alterum, ſumptu publico privatoque adjunctis ſecum miſerabilibus indigenis ſolito ſtructuræ more, tramite à mari uſque ad mare inter urbes, quæ ibidem forte ob metum hoſtium collocatæ fuerant, directo librant, fortia formidoloſo populo monita tradunt, exemplaria inſtituendorum armorum relinquunt, in littore quoque Oceani ad meridianam plagam, *e.* qua / naves eorum habebantur, *f.* & inde *g.* barbariæ / feræ beſtiæ timebantur, turres per intervalla ad proſpectum maris collocant, *h.* valedicunt / tanquam ultra non reverſuri.

*CAP. XV. / *De tertia vaſtatione.*

Itaque illis ad ſua revertentibus, emergunt certatim de *i.* curicis /, quibus ſunt trans *k.* Tithicam / vallem *l.* vecti / (quaſi in alto titane incaleſcenteque caumate de arctiſſimis foraminum *m.* cavernulis / fuſci vermiculorum *n.* cenei) tetri Scotorum Pictorumque greges, moribus ex parte diſſidentes, & una eademque ſanguinis fundendi aviditate concordes, furciferoſque

a. Deeſt. *b.* Vindicaretur. *c.* Diſſolveretur. *d. Deeſt.* *e.* Quo. *f.* Quia &. *g.* Barbaricæ. *h.* Et valedicunt. * XII. *in MS.* *i.* Curucis. *k.* Styticam. f. Theticam. *l.* Evecti. *m.* Caverniculis. *n.* Cunei. GALE.

roſque magis vultus pilis, quam corporum pudenda, pudendiſque proxima veſtibus tegentes: cognitaque condebitorum reverſione, & reditus denegatione, ſolito *a.* confidentius / omnem aquilonalem, extremamque terræ partem pro indigenis murotenus capeſſunt. Statuitur ad hæc in edito arcis acies, ſegnis ad pugnam, inhabilis ad fugam, trementibus præcordiis inepta, quæ diebus ac noctibus ſtupido ſedili marcebat. Interea non ceſſant uncinata *b.* nodorum / tela, quibus miſerrimi cives de muris tracti ſolo allidebantur. Hoc ſcilicet eis proficiebat immaturæ mortis ſupplicium, qui tali funere rapiebantur, *c.* fratrum quo pignorum / ſuorum miſerandas imminentes pœnas cito exitu devitabant. Quid plura *d.* loquar /? Relictis civitatibus muroque celſo, iterum *e.* quibus / fugæ: iterum diſperſiones ſolito deſperabiliores. Item ab hoſte inſectationes: item ſtrage accelerantur crudeliores: & ſicut agni à lanionibus, ita deflendi cives ab inimicis diſcerpuntur, ut commemoratio eorum ferarum aſſimilaretur agreſtium.

CAP. XVI. *De fame.*

f. Nam laniant, & ſeipſos mutuo, nec pro exigui victus brevi ſuſtentaculo miſerrimorum civium latrocinando temperabant /: & augebantur g. extraneæ / clades domeſticis motibus, *h.* quo & hujusmodi / tam crebris direptionibus vacuaretur omnis regio totius cibi baculo, excepto venatoriæ artis ſolatio.

CAP.

a. Confidentiores. *b.* Nudorum. *c.* Quo fratrum pignorumque. *d. Deeſt.* *e.* Illis. *f.* Nam & ipſos mutuo, nec perexigui victus brevi ſuſtentaculo miſerrimorum civium latrocinando temperabant. g. Externæ. *h.* Quod hujusmodi. GALE.

CAP. XVII. *De epiſtolis ad* ✻ *Agitium.*

Igitur rurſum miſeræ *a.* reliquiæ mittentes epiſtolas *l* ad Agitium Romanæ poteſtatis virum (hoc modo loquentes,) *b.* inquiunt *l*: *Agitio ter conſuli*

Gemitus Britannorum:

Et poſt pauca *c.* loquentes *l*: (*Repellunt d. nos l Barbari ad mare, repellit e. nos l mare ad Barbaros; inter hæc f. oriuntur l duo genera funerum, aut jugulamur, aut mergimur.*) nec pro eis quicquam adjutorii habent. Interea famis dira ac famoſiſſima vagis ac nutabundis hæret, quæ multos eorum cruentis g. compellit *l* prædonibus ſine dilatione victas dare manus, ut pauxillum ad refocillandam animam cibi caperent; alios vero *h.* nuſquam *l*, quin potius de ipſis montibus, ſpeluncis ac ſaltibus, dumis conſertis continue rebellabant.

Auxilium tuum Romanæ provinciæ, patriæ, liberis, conjugibus oramus, hoc temporis puncto, quo in extremo verſamur periculo. (Pellunt enim nos barbari ad mare, repellit mare ad barbaros: inter hæc oriuntur duo genera funerum, aut jugulamur, aut mergimur:) nec adverſus ejusmodi mala, quicquam præſidii aut ſubſidii nobis eſt. Tu igitur pro tua animi clementia opem tuis feras, omnibus rogamus precibus. *ex* POLYDORI VIRGIL. *Hiſt. Angl. lib. III.*

CAP. XVIII. *De victoria.*

Et tum primum inimicis per multos annos *i.* in *l* terra agentibus, ſtrages dabant, non *k.* confidentes *l* in homine, ſed in Deo, ſecundum illud *l.* exemplum *l* Phi-

✻ Aetium. *a.* Mittentes epiſtolas reliquiæ. *b. Deeſt.* *c.* Querentes. *d. Deeſt.* *e. Deeſt.* *f. Deeſt.* *g.* Compulit. *h.* Nunquam. *i.* Prædas in. *k.* Fidentes. *l. Deeſt.* GALE.

Philonis, *Neceſſe eſt adeſſe divinum, ubi humanum ceſſat auxilium.* Quievit parumper inimicorum audacia, nec tamen noſtrorum malitia. Receſſerunt hoſtes à civibus, nec cives à ſuis ſceleribus.

CAP. XIX. *De ſceleribus.*

Moris namque continui erat genti (ſicut & nunc eſt) ut infirma eſſet ad retundenda hoſtium tela & *a.* fortis[1] *b.* & invicta[1] ad civilia bella, & *c.* ad onera peccatorum ſuſtentanda[1]: Infirma *d.* eſt[1] (ut inquam) ad exequenda pacis ac veritatis inſignia, *e.* fortis[1] ad ſcelera & mendacia. *f.* Revertuntur[1] ergo impudentes graſſatores *g.* ad hibernas domos, poſt non multum[1] temporis reverſuri. Picti in extrema parte inſulæ tunc primum & deinceps requieverunt, prædas & contritiones nonnunquam facientes. In talibus itaque induciis deſolato populo ſæva cicatrix *h.* obducitur[1] alia virulentiore *i.* tactus[1] pullulante. Quieſcente autem *k.* vaſtatione[1] tantis abundantiarum copiis inſula affluebat, ut nulla *l.* haberi tales retro ætas meminiſſet, cum quibus omnimodis & luxuria creſcit. Crevit etenim germine præpollenti, ita ut competenter eodem tempore diceretur: ✻ *Omnino talis auditur fornicatio, qualis nec inter gentes.* Non ſolum vero hoc vitium, *m.* ſed fuerunt[1] omnia quæ humanæ naturæ *n.* accedere[1] ſolent, & præcipue (quod & nunc quoque in eo totius boni evertit ſtatum) odium veritatis *o.* fuit[1],

a. Fortis eſſet. *b. Deeſt.* *c.* Peccatorum onera ſuſtinenda. *d. Deeſt.* *e.* Et fortis. *f. Hic incipit cap. XIV. in MS. Cant.* g. Hyberni domum, poſt non longum. *Joſſel & Beda l.* 1. *c.* 14. *h.* Obducitur famis. *i.* Tacite. *k.* Vaſtitate. *l.* Habere. ✻ 1 Cor. 5, 1. *m.* Et. *n.* Accidere. *o. Deeſt.* GALE.

fuit[l], cum aſſertoribus *a.* ſuis[l], *b.* amor[l] mendacii cum ſuis fabricatoribus, ſuſceptio mali pro bono, veneratio nequitiæ pro benignitate, cupido tenebrarum pro ſole, exceptio *Satanæ* pro *Angelo lucis.* Ungebantur reges *c.* &[l] non per Deum, ſed qui cæteris crudeliores extarent: & paulo poſt ab unctoribus non pro veri examinatione trucidabantur, [&] aliis electis trucioribus. Si quis vero eorum mitior, & veritate aliquatenus proprior, videretur; in hunc *d.* Britanniæ quaſi[l] ſubverſorem omnium odia telaque ſine reſpectu *e.* torquebantur[l], & omnia quæ *f.* diſplicuerant[l] *g.* Deo placuerantque[l] æquali ſaltim lance pendebantur, ſi non gratiora fuiſſent diſplicentia: ita ut merito patriæ illud *h.* exemplum[l] propheticum quod *i.* veterano[l] illi populo denuntiatum eſt, potuerit aptari. ✻ *Filii*, inquiens, *ſine lege dereliquiſtis k. Dominum*[l], *& ad l. iram*[l] *provocaſtis Sanctum Iſrael. Quid adhuc m. percunctemini opponentes iniquitatem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis uſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas.* Sicque *n.* agebantur[l] cuncta, quæ ſaluti contraria fuerint, acſi nihil *o.* largiretur mundo medicinæ à vero omnium medico[l]. Et non ſolum *p.* hac[l] ſeculares viri, ſed & ipſe grex Domini ejuſque paſtores, qui exemplo eſſe omni plebi debuerint, ebrietate quam plurimi, quaſi vino madidi, torpebant reſoluti, & animoſitatum tumore, jurgiorum contentione, invidiæ capacibus ungulis, indiſcretoboni malique judicio carpebantur: ita ut perſpicue ſicu t & nunc eſt, ✻✻

effundi

a. Deeſt. *b.* Amorque. *c. Deeſt.* *d.* Quaſi Britanniæ. *e.* Contorquebantur. *f.* Diſplicuerint. *g.* Deoque placuerint. *h. Deeſt.* *i.* Veteri. *k.* Deum. *l.* Iracundiam. *m.* Percutiemini. *n.* Agebant. *o.* Mundo medicina à verò omnium medico largiretur. *p.* Hæc. ✻ Eſai. 1, 15. ✻✻ Pſalm. 106, 49. GALE.

effundi videretur contemptio ſuper principes, a. & ſeduci vanis eorum, & errore, in invio & non in via.

[b.] CAP. XX[I]. *De nuntiatis ſubito hoſtibus.*

Interea volenti Deo purgare familiam ſuam, & tanta malorum labe infectam auditu tantum tribulationis emendare, non ignoti rumoris penniger ceu volatus arrectas omnium penetrat aures, jam jamque adventus veterum hoſtium volentium penitus *c.* totam[l] delere, & inhabitare ſolito more à fine uſque ad terminum regionem. Nequaquam tamen ob hoc proficiunt, ſed comparati jumentis inſipientibus, ſtrictis (ut dicitur) morſibus rationis frænum obfirmantes, per latam diverſorum vitiorum *d.* mortique[l] proclive ducentem (relicto ſalutari licet arcto itinere) diſcurrebant viam.

CAP. XXI. *De famoſa peſte.*

Dum ergo (ut Salomon ait) *Servus durus non emendatur verbis, flagellatur ſtultus & non ſentit.** Peſtifera namque lues feraliter inſipienti populo *e.* incubuit[l], quæ in brevi *f.* tempore[l] tantam ejus multitudinem, remoto mucrone; ſternit, quantum ne poſſent vivi humare. Sed ne hac quidem *g.* emendantur[l], ut illud Eſaiæ Prophetæ in eo quoque *h.* populo[l] impleretur dicentis: ** *Et vocavit Deus i. populum[l] ad planctum & ad calvitium, & ad cingulum ſacci: ecci k. cœperunt[l] vitulos occidere & jugulare arietes, ecce manducare & bibe-*

a. Deeſt. *b. XV. in MS. Cant.* *c. Deeſt.* *d.* Ad mortem. *e.* Incumbit. *f. Deeſt.* *g.* Emendatur. *h. Deeſt.* *i. Deeſt.* *k. Deeſt.* * Prov. 29, 19. ** Eſai. 22, 12. GALE.

re & dicere: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Appropinquabat ſiquidem tempus, quo ejus iniquitates, ut olim Amorrhæorum, complerentur.

CAP. XXII. *De conſilio.*

Initur namque conſilium; quid optimum, quidve ſaluberrimum ad *a.* repellendas tam crebras & tam ferales[1] ſupradictarum gentium irruptiones prædaſque, decerni *b.* potius[1] deberet.

CAP. XXIII. *De ſæviore multo primis hoſte.*

Tum omnes conſiliarii *c.* una[1] cum ſuperbo tyranno *d.* Gurthrigerno Britannorum duce[1] cæcantur, *e.* &[1] adinvenientes tale præſidium, imo excidium patriæ, ut ferociſſimi illi nefandi nominis Saxones, Deo hominibusque inviſi, quaſi in caulas lupi, in inſulam ad *f.* retrudendas[1] aquilonales gentes intromitterentur. Quo utique nihil ei uſquam perniciosius, nihilque amarius factum eſt. O altiſſimam ſenſus caliginem, ô deſperabilem crudamque mentis hebetudinem! Quos propenſius morte, cum abeſſent, tremebant, ſponte (ut ita dicam) ſub unius tecti culmini invitabant, *ſtulti g. ſunt[1] Principes* (ut dictum eſt) *h. Thafneos[1] dantes Pharaoni conſilium i. inſipienti.* Tum erumpens grex catulorum de cubili leænæ barbariæ, tribus (ut lingua ejus exprimitur) *Cyulis*, noſtra *k.* lingua[1] longis navibus, ſecundis velis *l.* ſecundo[1] omine auguriisque; quibus vaticinabatur certo apud eum præſagio, quod ter centum annis *m.* terram[1], cui proras *n.* librarat[1], inſideret: centum vero

a. Refellendas tam ferales & tam crebras. *b. Deeſt.* *c.* Uno. *d. Deeſt.* *e. Deeſt.* *f.* Retundendas. *g. Deeſt.* *h.* Taneos. *i.* Inſipiens. *k. Deeſt.* *l. Deeſt.* *m.* Patriam. *n.* Librabat. GALE.

vero L. hoc eſt *a.* dimidio[l] temporis ſæpius *b.* quoque[l] vaſtaret. Evectus primum in Orientali parte inſulæ, jubente infauſto tyranno, terribiles infixit ungues, quaſi pro patria pugnaturus, ſed eam certius impugnaturus. Cui ſupradicta *c.* genitrix[l] (*d.* primo comperiens agmini[l] fuiſſe proſperatum) item mittit ſatellitum canumque *e.* prolixiorem[l] cataſtam, quæ ratibus advecta adunatur cum manipularibus ſpuriis. Inde germen iniquitatis, radix amaritudinis, virulenta plantatio noſtris condigna meritis in noſtro ceſpite, ferocibus palmitibus pampiniſque *f.* pullulabat[l]. Igitur intromiſſis in inſulam barbaris veluti militibus, & magna (ut mentiebantur) *g.* pro bonis diſcrimina hoſpitibus[l] ſubituris, impetrant ſibi annonas dari. *h.* Quæ[l] multo tempore impertitiæ clauſerunt (ut dicitur) canis faucem. Item *i.* queruntur[l] non affluenter ſibi epimenia contribui, occaſiones de induſtria colorantes, & *k.* niſi[l] profuſior eis munificentia cumularetur, teſtantur ſe cuncta inſulæ rupto fœdere depopulaturos. Nec mora, minas effectibus proſequuntur.

CAP. XXIV. *De urbium ſubverſione.*

Confovebatur namque, ultionis juſtæ præcedentium ſcelerum cauſa, de mari uſque ad mare ignis *l.* Orientalis[l] ſacrilegorum manu exaggeratus, & finitimas quasque civitates agroſque populans, *m.* qui[l] non

a. Deeſt. *b. Deeſt.* *c.* Genetrix. *d.* Comperiens primo agmini. *e.* Prolixorem. *f.* Pullulat. *g.* Diſcrimina pro bonis hoſpitibus. *h.* Que. *i.* Quæruntur. *k.* Ni. *l.* Orientali. *m. Deeſt.* GALE.

quievit accenſus, donec cunctam pene exurens inſulæ ſuperficiem rubra occidentalem trucique Oceanum lingua delamberet. In hoc ergo impetu, Aſſyrio olim in *a.* Judæam[l] comparando, completur quoque in nobis ſecundum hiſtoriam, *b.* ut dicitur[l]: * *Incenderunt igni ſanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* Et iterum *c.* dicit[l]: ** *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum. &c.* Ita ut cunctæ *d.* columnæ[l] crebis arietibus, omneſque coloni cum præpoſitis Eccleſiæ, cum ſacerdotibus ac populo, mucronibus undique micantibus, ac flammis crepitantibus, ſimul ſolo ſterneretur, & miſerabili viſu, in medio platearum, una turrium *e.* edito[l] cardine *f.* evulſarum[l], murorumque celſorum ſaxa, ſacra altaria, cadaverum fruſta, cruſtis ac ſi *g.* gelantibus[l] purpurei cruoris tecta, velut in quodam horrendo torculari mixta viderentur, & nulla eſſet omnimodis præter *h.* horribiles[l] domorum ruinas, beſtiarum volucrumque ventres in medio ſepultura, ſalva ſanctarum animarum reverentia, ſi tamen multæ inventæ ſint, quæ arduis cœli *i.* per[l] id temporis à ſanctis Angelis *k.* vehebantur[l]. Ita enim degeneraverat tunc vinea illa ollim bona in amaritudinem *l.* verſa[l], uti raro ſecundum Prophetam videretur quaſi *poſt tergum vindemiatorum* aut meſſorum racemus vel ſpica.

CAP.

a. Judam. *b.* Quod Propheta deplorans ait *c. Deeſt.* *d.* Coloniæ. *e.* Ædito. *f.* Avulſarum. *g.* Sigillantibus. *h. Deeſt.* *i. Deeſt.* *k.* Veherentur. *l. Deeſt.*
* Pſalm. 73, 7. ** Pſalm. 78, 1. GALE.

CAP. XXV. *De reliquiis.*

Itaque nonnulli miſerarum reliquiarum in montibus deprehenſi acervatim jugulabantur : alii fame confecti accedentes, manus hoſtibus dabant in ævum *a.* ſervituri, ſi tamen non continuo trucidarentur, quod altiſſimæ gratiæ ſtabat *b.* in[l] loco: alii tranſmarinas, petebant regiones, cum ululatu magno ceu celeuſmatis vice, hoc modo ſub velorum ſinibus cantantes: ✻ *Dediſti nos tanquam oves eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos c. Deus*: alii *d.* à[l] montanis collibus, minacibus præruptis *e.* vallati[l], & denſiſſimis ſaltibus, mariniſque rupibus vitam, ſuſpecta ſemper mente, credentes, in patria licet trepidi perſtabant. *f.* Tempore igitur interveniente, aliquanto cum receſſiſſent domum crudeliſſimi prædones, roboratæ à *g.* Domino[l] reliquiæ (quibus confugiunt undique *h.* diverſis in locis[l] miſerrimi cives, tam avide quam apes alvearii, procella imminente) ſimul deprecantes eum toto corde, & (ut dicitur) *innumeris onerantes æthera votis* ne ad *i.* internecionem ita uſquequaque[l] delerentur, duce Ambroſio Aureliano viro modeſto, (qui ſolus *k.* fuit comes, fidelis, fortis, veraxque[l] forte Romanæ gentis, *l.* qui tantæ tempeſtatis collıſione, occiſis in eadem parentibus, purpura nimirum indutis, ſuperfuerat, cujus nunc temporibus noſtris ſoboles magno-

a. Servaturi. *b. Deeſt.* *c. Deeſt.* *d. Deeſt.* *e.* Vallatis. *f: Hic incipit cap. XVIII. in MS. Cant.* *g.* Deo. *h.* De diverſis locis. *i.* Internicionem uſque. *k. Deſunt.* *l. Deeſt.* ✻ Pſalm. 43, 12. GALE.

pere avita bonitate degeneravit) vires *a.* capeſſunt*l*, victores provocantes ad prælium, queis victoria, *b.* Deo*l* annuante, ex voto ceſſit.

CAP. XXVI. *De poſtrema * pace, quæ poſtrema victoria temporibus noſtris Dei nutu donata eſt.*

c. Et*l* ex eo tempore nunc cives, nunc hoſtes vincebant, ut in iſta gente experiretur Dominus ſolito more præſentem Iſraelem utrum diligat eum *d.* Dominus*l* an non: uſque ad annum obſeſſionis Badonici montis, *e.* qui prope Sabrinum oſtium habetur*l*, noviſſimæque ferme de furciferis non minimæ ſtragis, quique quadrageſſimus quartus (ut novi) *f.* oritur*l* annus, menſe jam *g.* primo emenſo*l*, qui *h.* jam*l* & meæ nativitatis eſt. Sed ne nunc quidem, ut antea, *i.* civitates*l* inhabitantur patriæ; ſed deſertæ*l* dirutæque hactenus ſqualent, ceſſantibus licet externis bellis, ſed non *k.* tamen*l* civilibus.** Hæſit etenim tam deſperati inſulæ excidii, inſperatique mentio auxilii memoriæ eorum, qui utriuſque miraculi teſtes extitere: & ob hoc Reges, publici *l.* privatique*l* ſacerdotes eccleſiaſtici *m.* ſuum ordinem ſervarunt. At illis decedentibus,

a. Capeſcunt. *b.* Domino. * Patriæ victoria. *c. Deeſt.* *d. Deeſt.* *e. Deſunt.* *f.* Orditur. *g.* Uno. *h. Deeſt.* *i.* Civitates patriæ. *k. Deeſt.* ** *Hic incipit cap. XIX. in MS. Cant.* *l.* Privati. *m.* Suum quique. GALE.

tibus, cum ſucceſſiſſet ætas tempeſtatis illius neſcia, & præſentis tantum ſerenitatis experta; ita cuncta veritatis ac juſtitiæ moderamina concuſſa ac ſubverſa ſunt, ut *a.* eorum, non dicam veſtigium, ſed ne monimentum quidem in ſupradictis propemodum ordinibus appareat, exceptis paucis, & valde paucis, qui ob amiſſionem tantæ multitudinis, quæ quotidie prona *b.* fuit ad tartara, tam brevis *c.* numeri habentur, ut eos quodammodo venerabilis mater eccleſia, *d.* ut in ſinu ſuo recumbentes non videat, quos ſolos *e.* veros habet. Quorum ne quis me egregiam vitam, *f.* hominibus admirabilem, Deoque amabilem, carpere putet, (quibus noſtra infirmitas, *g.* ſacris orationibus, ut non penitus collabitur, quaſi columnis quibusdam ac fulcris ſaluberrimis ſuſtentatur,) *h.* dixi ſi qua liberius de his, imo lugubrius, cumulo malorum compulſus, (qui ſerviunt non ſolum ventri, ſed diabolo potius quam Chriſto, *qui eſt benedictus i. ſuper omnia Deus in ſecula*) non tam diſceptavero, quam deflevero. *k.* Quippe quid celabunt cives, quæ non ſolum *l.* norunt ſed exprobrant jam in *m.* circuitu nationes.

Explicit liber Gildæ Sapientis de excidio Britanniæ & Britonum exulatione.

a. Earum. *b.* Ruit. *c.* Numerus. *d.* *Deeſt.* *e.* Veros filios. *f.* Omnibus. *g.* In ſacris. *h.* *Deeſt.* *i.* In ſecula Deus. *k.* Enim vero. *Fragm.* *l.* Noſtrorum *Fragm.* *m.* Circuitu *MS. male.*

pere avita bonitate degeneravit) vires *a.* capeſſunt*l*, victores provocantes ad prælium, queis victoria, *b.* Deo*l* annuante, ex voto ceſſit.

CAP. XXVI. *De poſtrema * pace, quæ poſtrema victoria temporibus noſtris Dei nutu donata eſt.*

c. Et*l* ex eo tempore nunc cives, nunc hoſtes vincebant, ut in iſta gente experiretur Dominus ſolito more præſentem Iſraelem utrum diligat eum *d.* Dominus*l* an non: uſque ad annum obſeſſionis Badonici montis, *e.* qui prope Sabrinum oſtium habetur*l*, noviſſimæque ferme de furciferis non minimæ ſtragis, quique quadrageſſimus quartus (ut novi) *f.* oritur*l* annus, menſe jam *g.* primo emenſo*l*, qui *h.* jam*l* & meæ nativitatis eſt. Sed ne nunc quidem, ut antea, *i.* civitates*l* inhabitantur patriæ; ſed deſertæ*l* dirutæque hactenus ſqualent, ceſſantibus licet externis bellis, ſed non *k.* tamen*l* civilibus.** Hæſit etenim tam deſperati inſulæ excidii, inſperatique mentio auxilii memoriæ eorum, qui utriuſque miraculi teſtes extitere: & ob hoc Reges, publici *l.* privatique*l* ſacerdotes eccleſiaſtici *m.* ſuum ordinem ſervarunt. At illis decedentibus,

a. Capeſcunt. *b.* Domino. * Patriæ victoria. *c. Deeſt.* *d. Deeſt.* *e. Deſunt.* *f.* Orditur. *g.* Uno. *h. Deeſt.* *i.* Civitates patriæ. *k. Deeſt.* ** *Hic incipit cap. XIX. in MS. Cant.* *l.* Privati. *m.* Suum quique. GALE.

tibus, cum ſucceſſiſſet ætas tempeſtatis illius neſcia, & præſentis tantum ſerenitatis experta; ita cuncta veritatis ac juſtitiæ moderamina concuſſa ac ſubverſa ſunt, ut *a.* eorum, non dicam veſtigium, ſed ne monimentum quidem in ſupradictis propemodum ordinibus appareat, exceptis paucis, & valde paucis, qui ob amiſſionem tantæ multitudinis, quæ quotidie prona *b.* fuit ad tartara, tam brevis *c.* numeri habentur, ut eos quodammodo venerabilis mater eccleſia, *d.* ut in ſinu ſuo recumbentes non videat, quos ſolos *e.* veros habet. Quorum ne quis me egregiam vitam, *f.* hominibus admirabilem, Deoque amabilem, carpere putet, (quibus noſtra infirmitas, *g.* ſacris orationibus, ut non penitus collabitur, quaſi columnis quibusdam ac fulcris ſaluberrimis ſuſtentatur,) *h.* dixi ſi qua liberius de his, imo lugubrius, cumulo malorum compulſus, (qui ſerviunt non ſolum ventri, ſed diabolo potius quam Chriſto, *qui eſt benedictus i. ſuper omnia Deus in ſecula*) non tam diſceptavero, quam deflevero. *k.* Quippe quid celabunt cives, quæ non ſolum *l.* norunt ſed exprobrant jam in *m.* circuitu nationes.

Explicit liber Gildæ Sapientis de excidio Britanniæ & Britonum exulatione.

a. Earum. *b.* Ruit. *c.* Numerus. *d.* Deeſt. *e.* Veros filios. *f.* Omnibus. *g.* In ſacris. *h.* Deeſt. *i.* In ſecula Deus. *k.* Enim vero. *Fragm.* *l.* Noſtrorum *Fragm.* *m.* Circuitu *MS. male.*

[*EPIGRAMMATUM.*]

Hiſtoriam Gildæ Cormac ſic perlege ſcriptam
Doctoris digitis, ſenſu cultuque redactam,
Hæc tenues ſuperat, multos carpitque ſuperbos. *a.*

a. Hic deſinit Cod. Cant. MS. GALE.

FINIS.

NENNII BANCHORENSIS

EULOGIUM

BRITANNIÆ

SIVE

Hiſtoria Britonum

EX NOVA RECENSIONE

CAROLI BERTRAMI.

cum ejusdem caſtigationibus.

De Nennio Thomas Gale.

NENNIUS (aliis *Ninnius*) *Banchorenſis* Cœnobiarcha, *Brito*, *Elvodugi* Presbyteri diſcipulus, ut *Boſtonus* inquit. Hic non contemnendus auctor (verba ſunt *Balæi*) ex annalibus *Romanorum*, *Scotorum* (*Hibernenſium*) *& Saxonum* compoſuit Hiſtoriam quandam, cui titulum impoſuit, *Eulogium Britanniæ*..... Multi ex Hiſtoricis noſtris *Nennium* laudant; Alii ſuo nomine, ut *Rogerus Ceſtrienſis* in *Polycraticis* ſuis, alii nomine *Gildæ*, falſa inſcriptione, opinor decepti; inter quos *Polydorus* eundem errorem erravit.

Claruit Nennius A.D. DCXX. (rectius 858.)

CAROLI BERTRAMI
PRÆFATIO
IN NENNIUM.

ECCE tibi, Lector, Nennium celeberrimi monaſterii Banchorenſis Cœnobiarcham, digniſſimum diſcipulum Sancti Elbodi Epiſcopi (*a*), natione Britonem, qui, ut ipſe teſtatur, [ſi alias tuti in eo eſſe poſſimus, quod verba ſint ipſius Nennii *] circa medium ſeculi noni vixit (*b*). Hiſtoriam quandam nobis reliquit, ex annalibus & traditionibus Romanorum, Scoto-Hibernenſium & Saxonum compoſitam (*c*) cui titulum Eulogium Britanniæ impoſuit, quam tibi nudam hic porrigo. Pretioſum admodum hoc opuſculum absque dubio eſſet, ſi tale ad nos perveniſſet, quale ab auctore ſcriptum. Sed, proh dolor! in manus cecidit

(*a*) pag. 93. 95. 143.

(*b*) infra pag. 94. 96. 104. &c.

(*c*) pag. 93. 96. &c.

*) *Phocæ tempore claruit 'Elbodus Britannus, Venedo-'tarum in Anglia Archiepi-'ſcopus. Temporibus Hera-'clii, circa annum* DCXX, *'ſub Cadroano, duce Bri-'tanno, vixit Nennius An-'glus; Elvodugi Probi ac po-'ſtea Beulani presbyteri diſci-'pulus; Elbodi, de quo dixi-'mus familiaris; ac tandem 'Bannochorenſis cœnobii an-'tiſtes.* hæc omnia bona quidem fide refert Vossius *de Hiſt. Lat.* ſed nec probat, nec probare poteſt.

De Nennio Thomas Gale.

NENNIUS (aliis *Ninnius*) *Banchorenſis* Cœnobiarcha, *Brito*, *Elvodugi* Presbyteri diſcipulus, ut *Boſtonus* inquit. Hic non contemnendus auctor (verba ſunt *Balæi*) ex annalibus *Romanorum*, *Scotorum* (*Hibernenſium*) *& Saxonum* compoſuit Hiſtoriam quandam, cui titulum impoſuit, *Eulogium Britanniæ*..... Multi ex Hiſtoricis noſtris *Nennium* laudant; Alii ſuo nomine, ut *Rogerus Ceſtrienſis* in *Polycraticis* ſuis, alii nomine *Gildæ*, falſa inſcriptione, opinor decepti; inter quos *Polydorus* eundem errorem erravit.

Claruit Nennius A.D. DCXX. (rectius 858.)

CAROLI BERTRAMI
PRÆFATIO
IN NENNIUM.

ECCE tibi, Lector, Nennium celeberrimi monaſterii Banchorenſis Cœnobiarcham, digniſſimum diſcipulum Sancti Elbodi Epiſcopi (*a*), natione Britonem, qui, ut ipſe teſtatur, [ſi alias tuti in eo eſſe poſſimus, quod verba ſint ipſius Nennii *] circa medium ſeculi noni vixit (*b*). Hiſtoriam quandam nobis reliquit, ex annalibus & traditionibus Romanorum, Scoto-Hibernenſium & Saxonum compoſitam (*c*) cui titulum Eulogium Britanniæ impoſuit, quam tibi nudam hic porrigo. Pretioſum admodum hoc opuſculum absque dubio eſſet, ſi tale ad nos perveniſſet, quale ab auctore ſcriptum. Sed, proh dolor! in manus cecidit

cujus-

(*a*) pag. 93. 95. 143.

(*b*) infra pag. 94. 96. 104. &c.

(*c*) pag. 93. 96. &c.

*) *Phocæ tempore claruit 'Elbodus Britannus, Venedo-'tarum in Anglia Archiepi-'ſcopus. Temporibus Hera-'clii, circa annum* DCXX, *'ſub Cadroano, duce Bri-'tanno, vixit Nennius An-'glus; Elvodugi Probi ac po-'ſtea Beulani presbyteri diſci-'pulus; Elbodi, de quo dixi-'mus familiaris; ac tandem 'Bannochorenſis cœnobii an-'tiſtes.* hæc omnia bona quidem fide refert Vossius *de Hiſt. Lat.* ſed nec probat, nec probare poteſt.

cujusdam SAMUELIS *), hominis imperiti, diſcipuli imperitioris magiſtri BEULARII (*a*), qui legendis & fabulis anilibus, quas addidit, totam hiſtoriam NENNII contemtui expoſuit. Et, quod pejus! ea, ut ex ipſius verbis patet (*b*), omittere haud dubitavit, quæ ei non ſatis recta videbantur. Quod hiſtoriæ Saxonum multum lucis eripuit, quoniam NENNIUS unicus eſt auctor authenticus inter veteres, qui adventum primaque geſta Saxonum in terris Britanniæ memoriæ tradidit.

In hac nova editione hoc mihi præſertim curæ fuit, ut ſpuria loca SAMUELIS a genuinis NENNII diſtinguerem. loca quædam ſuſpecta, quæ haud notavi, inveniri poſſunt. nam, ut verbo ſententiam meam dicam, pauca ante finem capitis IX. pag. 103. genuina eſſe puto. Signa ad latera capitum XI, XII & XIII. in typis omiſſa LECTOR ipſe adſcribere vellet.

Plurimi numerorum, qui in NENNIO occurrunt, ſunt corrupti; quæ emendavi, in ipſo textu inter ſigna parentheſeos ſic pag. 96. DC. XL. (545) invenies, &c.

Ad Saxonum Genealogiam (Pagina 140) viſum eſt hic ſubnectere rarum quoddam Monumentum, quod olim ex pervetuſto illo codice, qui nunc Roffæ ſervatur, & vulgo TEXTUS ROFFENSIS dicitur, deſcripſit Cl. THOMAS GALE.

HÆ SUNT GENEALOGIÆ PER PARTES IN BRITANNIA REGUM REGNANTUM.

'EADWINE, Ælle, Yffe, Wuſcfrea, Wilgilſing, Weo-'ſterwalena, Seomel, Sæfugal, Sæbald, Siggeot, Swæb-'dæg, Siggar, Wægdæg, Woden Frealafing.

'IDA

(*a*) vide infra pag. 144.
(*b*) Ibidem.
*) *Extremis Heraclii temporibus vixit Samuel Beulanus, Britannus, Beulani 'presbyteri filius, Elbodi epi-'ſcopi auditor, qui notas in 'Nennium addidit*, ut refert Cl. Vossius ab aliis in hunc errorem ſeductus.

'IDA regnavit X annos, Clapha I, Odda VIII, Æthel-
'ric VII, Theodred VII, Ofred XI, Theonred (Eanr) II,
'Ofric XI, Ceolwlf XI, Eadberht XXI, Ofwlf I, Æthel-
'wald VI, Alrhed VIII, Æthelred III, Alfwold X, Of-
'red I, item Æthelred VII.

'PENDA regnavit annos XXI, Peada I, Wulfhere XVII,
'Æthelred XXIX, Cenred V, Ceolred VII, Athelbald
'XLI, Egfrid, Ofwio, Æthelfrid, Ætheric, Ida, Eop-
'pa, Eofa, Æthelberht, Angelgeot, Aluſa, Ingebrand,
'Wægbrand, Beornic, Bældæg, Woden Frealafing.

'OFFA XXXIX, Freodwald VII, Fuſſa VII, Æthel-
'frid XXVIII, Eadwine XVII, Ofwald VIII, Olweo
'XXVIII, Egfrid XV, Alfrid XX, Ecgfrid CLI dies,
'Cenwulf, Ceolwlf, Beornwulf, Cudwine, Ceolwlf, Leod-
'wald, Ecgwald, Eadelm, Ocg, Idin, Eadberh, Eata
'Leodwalding.

'ITEM *Nordanhymbrorum*: Alrhed, Eanwine, Byrnhom,
'Bofa, Blæchmon, Eadric Iding.

'ITEM *Merciorum*: Athelbald, Alewig, Eoppa, Pybbi,
'Æthered, Penda, Pybba, Creoda, Cynewald, Cnebba,
'Icel, Eomer, Angelgeot, Offa, Weremund, Withlæg,
'Weodegeot, Woden Frealafing.

'ECGFRID Offing, Offa, Thingferd, Eanwulf, Ofmod,
'Eoppa, Pybba, Ceonwlf, Cudberht, Baſſa, Ceonreow,
'Centwine, Cudwalh, Cenwald Pybbing.

'ITEM Alfrid, Eata, Eanfred, Biſceop, Beda, Bubba,
'Cædbæd, Cwædgils, Cretta, Winta, Woden Frealafing.

'FREODOWLF, Finn, Godwlf Eating, Æthelberht, With-
'red, Ecberht, Ærconberht, Eadbald, Æthelberht, Eor-
'miric, Eofe, Ocga, Hengeſt, Wihtgils, Witta, Wægdæg,
'Woden Frealafing.

'ITEM Ælfwold, Aldulf, Ætherric, Erri, Tytla,
'Wuffa, Wehb, Wilhelm, Hryp, Hrodmund, Trygil,
'Tytiman, Caſer, Woden Frealafing.

'YNE, Cenred, Ceolwald, Cudwulf, Cudwine, Celin,
'Cynric, Creoda, Cerdic, Aluca, Giwis, Brand, Bældæg,
'Woden Frealafing.

'*Hæ*

'*Hæ ſunt Genealogiæ Regum occid. Saxonum.*

'EADWARD & Eadmund & Æthelred Æthelingas, fuere 'Eadgar Regis filii. Eadgar, Eadmund, Eadward, Ælfred, 'Athulf, Ecgberht, Ealhmund, Eava, Eoppa Ingelding. 'Ingeld fuit frater Inæ regis Weſtſax. qui regnavit XXXVII 'annis. Is Monaſterium pulcherrimum Glaſtoniæ ædificavit, '& poſtea ivit ad S. Petrum, ibique mortuus requieſcit. ' Hujus [V. S. Dunelm] duo fratres fuere Cenredi filii. Cen-'red, Ceolward, Cutha, Cudwine, Ceawlin, Cynric, 'Creoda, Cerdic, Eleſa, Esla, Gewis, Wig, Freawine, Freo-'degar, Brand, Bældæg, Woden Frealafing.

'WODEN, Frealaf, Finn, Godulf, Eata, (aliis Geta) Teth-'wa, Beaw, Scealdwa, Heremod, Heraman, Hadra, Bed-'wig, Sceaf. Sceaf fuit filius Noæ, natus in arca. 'Noa filius Lamechi.

'LAMEC, Mathuſalem, Enoch, Jared, Malalahel, Enos, 'Seth, ADAM." [Hæc ſtemmata illuſtrari poterint ex BEDA, & ALFREDO Beverlacenſi, qui tamen; nonnunquam ab his diſcrepat; ut & SIMEON Dunelmenſis, &c.]

Lectiones variantes celeberrimi D. THOMÆ GALE retinui. Signum † in NENNIO earum ſitum oſtendit.

Hæc ſunt, Benigne LECTOR, quæ Te ſcire volui, ſperans interim induſtriam meam Tibi non ingratam fore, quod ſi erit, non deero Tuis commodis & uſui, quæ cum Bono Deo in animo mihi ſunt, in lucem dare. Vale, & his fruere.

NEN-

NENNII

BANCHORENSIS COENOBIARCHÆ

Hiſtoria Britonum.

Incipit Hiſtoria NENNII Britonum Hiſtoriographi in Hiſtoria Britonum.

PRÆFATIO.

HUMILIS Servorum Chriſti miniſter & ſervus Nennius, Dei gratia Sancti Elboti diſcipulus, cunctis veritatis obauditoribus, ſalutem. Veſtræ ſit notum charitati, quod cum rudis eram ingenio, & idiota ſermone, hæc pro modulo meo, non proprio nitens ſcientiæ, quæ vel nulla vel admodum rara & exilis eſt, Latinorum auribus idiomatizando tradere præſumpſi: ſed partim majorum traditionibus, partim ſcripti, partim etiam monimentis veterum Britanniæ incolarum, partim & de annalibus Romanorum; inſuper, & de Chronicis ſanctorum Patrum, ſcil. Jeronymi, Proſperi, Euſebii, nec non & de hiſtoriis Scotorum Saxonumque, licet inimicorum, non ut volui ſed ut potui, meorum obtemperans juſſionibus ſeniorum, unam hanc hiſtoriunculam undecunque collectam balbutiendo coacervavi: & remanentes ſpicas actuum præteritorum, ne penitus calcatæ deperirent, quarum ampla ſeges quondam extranearum gentium infeſtis meſſoribus ſparſim prærepta eſt, poſterorum memoriæ pudibundus mandare curavi. Quippe multis obnoxius, qui vix aliorum dictamina ſuperficie tenus, prout utile eſſet, intelligere hucuſque quiveram, nedum propria incude ſufficiens, ſed velut barbarus aliorum linguam infringens temere commerdavi. Attamen internum vulnus

cir-

circum præcordia volvens egre ferebam, ſi propriæ gentis nomen quondam famoſum & inſigne, oblivione corroſum fumatim evaneſceret. Sed quoniam utcunque hiſtoriographum Britannorum me malo eſſe quam neminem, quamvis adeo plures inveniantur, qui hunc laborem mihi injunctum ſatius explere poterant; relegentes humili prece poſco, quorumcunque aures inconcinnitate verborum offendero, quo veniam majorum voto parenti facili exauditione ex debito ſe noverint præbituros: Errat namque multotiens impotentis effectus, quem errare, ſi poſſet, non ſineret fervens affectus: ſerviat itaque ſufficiens charitas, quibus ſufficere non potuerit verborum meorum inconcinna ſimplicitas; nec vileſcat in auribus audientium hiſtoriæ veritas, quam imperito linguæ vomere exarare ſic auſa eſt mea ruſticitas. Si quidem tutius eſt, ſalubrem documenti hauſtum quolibet vili vaſculo ebibere, quam mixtum melle dulcis eloquentiæ venenum mendacii aureo poculo præſtare. Nec ergo te pigeat diligens lector, excuſſis verborum paleis, hiſtoriæ grana horreo memoriæ condere; quoniam non quis dicat, aut qualiter dicatur, ſed quid dictum ſit veritatis teſtimonio magis attendendum eſſe probatur. Nam nec contemptibilem æſtimat gemmam: poſtquam de cœno jacuerat exterſit, quod ſuo theſauro dignatus eſt poſtmodum adjicere. Cedo namque majoribus & eloquentioribus, quicunque benigno ardore accenſi, exaratura barbarizantis lingua materiam, Romanæ verriculo eloquentiæ planare ſtuduerint, ſi inconcuſſam relinquerint hiſtoriæ columnellam quam ſtatui permanere. Egimus itaque hæc noſtris infirmioribus ſubveniendo, non majoribus invidendo, octingentiſimo quinquageſimo octavo anno Dominicæ incarnationis: vigeſimo verò quarto

MERVINI Regis Britonum. Cujus laboris precium majorum precibus recompenſari poſtulo: Sed hæc hactenus prælibata ſufficiant: cætera ſupplex obedientia pro viribus ſupplebit.

Explicit Præfatio.

Incipit Apologia NENNII *Britonum hiſtoriographi gentis Britonum.*

EGO NENNIUS Sancti ELBODI diſcipulus aliqua excerpta ſcribere curavi, quæ hebetudo gentis Britanniæ dejecerat, quia nullam peritiam habuerunt, neque ullam commemorationem in libris poſuerunt, doctores illius Inſulæ Britanniæ. Ego autem coarcervavi omne quod inveni, tam de annalibus Romanorum quam de Cronicis Sanctorum Patrum, & de ſcriptis Scotorum Anglorumque, & ex tradione veterum noſtrorum; quod multi doctores atque librarii ſcribere tentaverint; neſcio quo pacto difficilius reliquerint, an propter mortalitates frequentiſſimas vel clades creberrimas bellorum. Rogo ut omnis lector, qui legerit hunc librum, det veniam mihi; quia cujus ſum poſt tantos hæc tanta ſcribere quaſi garrula avis, vel quaſi quidam invalidus arbiter. Cedo illi qui plus noverit in iſta peritia ſatis quam ego.

Explicit Apologia gentis Britonum. Incipiunt Geſta Britonum.

‘ CAP. I. *De ſex ætatibus Mundi, & quot annos unaquæque tenet.* [*Incipit Hiſtorica Orthographia de Sex ætatibus Mundi.*]

A Principio mundi uſque ad diluvium anni ſunt II. CC. XLII. A diluvio uſque ad Abraham anni ſunt

ſunt DCCCC. XLII. Ab Abraham uſque ad Moyſen anni ſunt DCXL. (545) A Moyſe uſque ad David D. anni. (399) Et à David uſque ad Nebuchodonoſor anni ſunt D. LXIX. (481) Ab Adam uſque ad transmigrationem Babyloniæ anni computantur $\overline{IV}$. DCC. LXXIX. (4609) A tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum D. LXIII. (601) Ab Adam vero uſque ad Paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt $\overline{V}$. CC. [XXVIII.] (5243) A Paſſione autem Chriſti peracti ſunt anni DCCC. Ab Incarnatione autem ejus anni ſunt DCCC. XXXII. (833) [uſque ad triceſimum annum Enarauth Regis Moniæ, id eſt, Mon, qui regit modo regnum Wenedociæ regionis, id eſt, Guermet.] Fiunt igitur anni ab exordio Mundi uſque in annum præſentem $\overline{VI}$. C. VIII. [6043].

Prima mundi ætas ab Adam uſque ad Noe. [2242]
Secunda à Noe uſque ad Abraham. [942]
Tertia ab Abraham uſque ad David. [944]
Quarta ætas à David uſque ad Danielem. [481]
Quinta à Daniele uſque ad Johannen Baptiſtam. [600]

Sexta à Johanne Baptiſta uſque ad judicium, quando veniet Dominus JESUS CHRISTUS judicare vivos & mortuos, & ſeculum per ignem.

‹ [*A Mundi principio uſque ad* Conſtantinum *&* Rufum
‹ $\overline{V}$. DC. LVIII. (5667) *anni reperiuntur. Item à duobus*
‹ Geminis Ruffo *&* Rubellio *uſque in* Stiliconem *Conſu-*
‹ *lem* CCC. LXXIII. (371) *anni ſunt. Item à* Stilicone
‹ *uſque ad* Valentinianum *filium* Placidiæ, *& Regnum*
‹ Guorthigerni (*alii Guortigirni*) XXVIII. (25) *Et à*
‹ *Regno* Guorthigerni, *alias Guortigirni, uſque ad diſ-*

cordi-

‘ *cordiam* Guitolini *&* Ambroſii, *anni ſunt* XII. *quod eſt*
‘ Guoloppum, *i. e.* Catguoloph. Guorthigernus *au-*
‘ *tem tenuit imperium in* Britannia, Theodoſio *&* Va-
‘ lentiniano *Conſulibus* (425). *Et in quarto* (24) *anno*
‘ *regni ſui*, Saxones *ad* Britanniam *venerunt* Felice *&*
‘ Tauro *Conſulibus* CCCCI. (428) *anno ab incarnatione*
‘ *Domini* Jeſu Chriſti. [*potius Flavio & Turcio Coſſ.* 449.]
‘ *Ab anno in quo* Saxones *venerunt in Britanniam, & à*
‘ Guortigerno *ſuſcepti ſunt uſque ad* Decium *&* Vale-
‘ rianum *anni* LXIX.*]

Britanniæ igitur experimentum juxta traditionem veterum explicare curabo.

[* *lege. Juſtinianum & Decium ultimis Coſſ.* 85.]

‘ CAP. II. *Unde dicta ſit* Britannia, *& à quo ſit ſic nomi-*
‘ *nata, qualiterque ſita, & quot in longum & tranſverſum*
‘ *miliaria habet; quotque civitates in ſe continet: quot gene-*
‘ *ra hominum intra ſe ſuſtinet; quotque adjacentes inſulas*
‘ *poſſidet, quibus præſtantioribus fluminibus interluitur, per*
‘ *quæ divitias & delicias exterorum Regnorum deferuntur.*

‘ [*Incipit Hiſtoria* NENNII *Britonum Hiſtoriographi de*
‘ *prima habitatione Britonum Britannicæ inſulæ.*]

‘ BRITANNIA Inſula [*à Britone filio Hiſicionis, qui*
‘ *fuit filius Alani de genere Japhet, dicta eſt, vel ut*
‘ *alii dicunt*] à quodam Bruto [*Conſule Romano*] voca-
tur: Hæc autem ſurgit ab Africa brumali ad occiden-
tem vergens DCCC. in longitudine Millium, CC. in
latitudine porrigit ſpatium. In ea ſunt XXVIII. Ci-
vitates, & innumerabilia promontoria, cum innume-
ris Caſtellis ex lapidibus & lateribus fabricatis: in ea
prius habitabant quatuor gentes, Scoti, Picti, atque
Saxones, & Britones. Tres magnas Inſulas ha-
bet, quarum una vergit contra Armoricas gentes

‘ [*id eſt, ultra marinos Britones*] & vocatur With, quam ‘ Britones inſulam Gueid vel Guith [*vocant*] quod Latinè divortium dici poteſt. Secunda ſita eſt in umbilico Maris, inter Hiberniam & Britanniam, vocaturque nomen ejus Eubonia, † Man. Tertia ſita eſt in extremo limite Orbis Britanniæ ultrà Pictos, & vocatur † Orcania Inſula. Sic in proverbio antiquo dicitur, quando de judicibus vel Regibus ſermo fit, judicavit Britanniam cum tribus Inſulis: ſunt in ea multa flumina, quæ confluunt ad omnes partes, id eſt, ad orientem, ad occidentem, ad meridiem, ad ſeptentrionem. Sunt tamen duo flumina præclariora cæteris fluminibus, † Tamiſia & † Severnia, quæ duo brachia Britanniæ, per quæ olim rates vehebantur ad † deportandas divitias, cauſa negotiationis.

‘ CAP. III. *Quod* Britones *impleverunt eam à Mari uſque* ‘ *ad Mare: & à quo tempore ſecundum Annales Romanorum* ‘ *inhabitari cœpit: qualiterque Romanorum Sugillatio, quod* ‘ *in nos injuſte extorquent, refelli poteſt: De Ortu etiam* ‘ Bruti *& proavorum ejus, & quid Magus de eo nec dum* ‘ *nato prædixerit.*

‘ BRITONES enim jam olim impleverunt eam, & judicaverunt à Mari uſque ad Mare [*id eſt, à* ‘ *Totenes uſque ad Catenes*] ſi quis ſcire voluerit quo ‘ tempore poſt diluvium habitata eſt [*hæc Inſula*] hoc exprimentum bifarie inveni. In Annalibus autem Romanorum ſic ſcriptum eſt. Æneas poſt Trojanum bellum cum Aſcanio filio ſuo venit ad Italiam; & ſuperato Turno, accepit Laviniam filiam Latini ‘ [*Regis,*] filii Fauni, filii † Piſci, filii Saturni, in conjugium. Et poſt mortem Latini, Regnum obtinuit Latinorum. Aſcanius autem Albam condidit,

&

& poſtea uxorem duxit, & peperit ei filium nomine Silvium. Silvius autem duxit uxorem, & gravida fuit; & nuntiatum eſt Æneæ quod nurus ſua gravida eſſet; & miſit ad Aſcanium filium ſuum, ut mitteret Magum ſuum ad conſiderandam uxorem, & exploraret quid in utero haberet, ſi maſculum vel fœminam. Et venit Magus, & conſideravit mulierum, & reverſus eſt: dixitque Aſcanio Æneæ filio quod maſculum haberet uxor ejus in utero, & fœtus ejus erit † fortis, quia occidet, inquit, patrem & matrem ſuam, & erit exoſus omnibus hominibus. Propter hanc vaticinationem occiſus eſt Magus ab eis. Et ſic evenit ut in nativitate illius mulier eſt mortua, & nutritus eſt filius, vocatumque eſt nomen ejus Bruto. ‹ [*Bruto vero fuit filius Silvii, filii Aſcanii, filii Æneæ,* ‹ *filii Anchiſæ, filii Capen, filii Aſaraci, filii Trois, filii* ‹ *Erictomi, filii Dardani, filii Jovis de genere Cam, filii* ‹ *maledicti videntis, & ridentis patrem Noe. Tros vero* ‹ *duos filios habuit, Ilium Aſaracumque. Ilius condidit* ‹ *Ilium civitatem, i. e. Trojam, primò, genuitque Lame-* ‹ *don; ipſe eſt pater Priami. Aſaricus autem genuit Capen,* ‹ *ipſe eſt pater Anchiſæ, Anchiſes genuit Æneam. Ipſe* ‹ *Æneas pater Aſcanii.*] Poſt multum enim intervallum temporis, juxta vaticinationem Magi, dum ipſe luderet cum aliis, inopino ictu ſagittæ occidit patrem ſuum, non de induſtria, ſed caſu. Propter hanc cauſam expulſus eſt ab Italia: & † Ariminis fuit: & venit ad Inſulas Maris Tyrreni, & expulſus eſt à Græcis pro cauſa occiſionis Turni, quem Æneas occiderat, & pervenit uſque ad Gallos, & ibi condidit ‹ Civitatem Turonorum. [† *Et vocavit eam à nomine* ‹ *cujusdam militis, ſui, qui vocatur Turnus*] & poſtea ad iſtam venit Inſulam, quæ à ſuo nomine accepit nomen, id eſt Britanniam, & implevit eam cum gente

ſua, & habitavit ibi: ab illo ſiquidem tempore habitata eſt Britannia uſque in hodiernum diem.

‘ CAP. IV. *De Regno* Æneæ, Aſcanii, Silvii, Bruti & ‘ Poſthumi: *& quod* Bruto Britanniam *venerit tempore ſa-* ‘ *cerdotis* HELI.

ÆNEAS autem ragnavit tribus annis apud Latinos. Aſcanius annis XXXVII.; poſt quem Silvius Æneæ filius regnavit annis XII. Poſthumus annis XXXIX. à quo Albanorum Reges Silvii ſunt appellati; cujus frater erat Brito. † Qui Brito regnabat in Britannia, tempore quo Heli ſacerdos judicabat Iſraelem, & tunc arca Domini ab alienigenis poſſidebatur; Poſthumus verò frater ejus, [*ut diximus*] apud Latinos regnabat.

‘ CAP. V. *De adventu* Pictorum *in* Britanniam, *& quo-* ‘ *modo* Orcades *Inſulæ occupaverint & hactenus obtinuerint.*

POST intervallum annorum multorum non minus † DCCCC. Picti venerunt & occupaverunt inſulas, quæ Orcades vocantur; & poſtea ex inſulis † affinitimis vaſtaverunt non † modicas & multas regiones, occupaveruntque eas in ſiniſtrali plaga Britanniæ, & manent uſque in hodiernum diem. Ibi tertiam partem Britanniæ tenuerunt, & tenent uſque nunc.

‘ CAP. VI. *Quod* Scoti *ex* Hiſpania *venerint; & quo tem-* ‘ *pore* Hiberniam *inhabitare cœperint; & qualiter* Bartholo- ‘ meum *de* Hiſpania *peſtilentia cum ſuis eraſerit; & de quo-* ‘ *dam* Nimec *qui poſtea illo venit, ſed & poſtea cum ſuis rediit.*

NOVISSIME autem venerunt Scoti à partibus Hiſpaniæ ad Hyberniam. Primus autem homo venit

nit Bartholomeus cum mille, hominibus, tam viris quam mulieribus, & creverunt uſque ad quatuor millia hominum; & venit ſuper eos mortalitas, & in una ſeptimana omnes perierunt, & non remanſit ex illis nec unus. Secundus venit ad Hiberniam Nimech quidam filius agnominis, qui fertur navigaſſe ſuper mare annum & dimidium, & poſtea tenuit portum in Hibernia, fractis navibus ejus, manſitque ibidem per multos annos, & iterum navigavit cum ſuis, reverſusque eſt ad Hiſpaniam.

‘ CAP. VII. *De tribus filiis cujusdam militis* Hiſpaniæ, *qui* ‘ Hiberniam *applicuerunt: quomodo caſtellum vitreum in ma-* ‘ *ri viderunt, & illud oppugnantes perierunt. Sed tamen re-* ‘ *ſidui eorum cum ſuperveníentibus* Hiſpanis *paulatim totam* ‘ Hiberniam *poſſiderunt.*

‘ Et poſtea venerunt tres filii cujusdam militis Hi-
‘ ſpaniæ cum XXX. † Chiulis apud illos, cum
‘ XXX. mulieribus in unaquaque Chiula, & manſerunt
‘ ibi per ſpacium anni unius, & poſtea conſpiciunt
‘ turrim vitream in medio Mari; & homines intueban-
‘ tur ſuper turrim, & quærebant loqui ad illos, &
‘ nunquam reſpondebant: & ipſi unanimo conſenſu ad
‘ oppugnationem turris properaverunt, cum omnibus
‘ Chiulis ſuis, & cum omnibus mulieribus, excepto
‘ una Chiula, quæ quaſſata erat naufragio, in qua erant
‘ viri XXX. totidemque mulieres. Aliæ naves naviga-
‘ runt ad expugnandam turrim, & dum omnes de-
‘ ſcenderunt in littore, quod erat circa turrim, ope-
‘ ruit illos mare, & demerſi ſunt, nec unus ex omni-
‘ bus illis evaſit. De familiâ vero illius confractæ
‘ Chiulæ, quæ relicta eſt, ut diximus, per confractio-
‘ nem, tota Hibernia repleta eſt uſque in hodiernum
‘ diem.

‘ CAP. VIII. *Quod nulla certa hiſtoria originis Scotorum* ‘ *continetur.*

Et poſtea venerunt paulatim à partibus Hiſpaniæ, & tenuerunt Regiones plurimas. Noviſſime venit † Clamhoctor, & ibi habitavit cum omni gente ‘ ſua uſque hodie [*nulla tamen certa hiſtoria originis Sco-* ‘ *torum reperitur.*] In Britannia quoque Hiſtoreth Iſtorini filius tenuit Dalrietam cum ſuis. Builc autem tenuit Euboniam Inſulam cum ſuis; filii autem ‘ Vethan obtinuerunt regionem † Dimectorum [*ubi* ‘ *civitas eſt quæ vocatur* † *Mineu.*] Et in aliis regionibus ſe dilataverunt, i. e. † *Guiher cet Guely*, donec expuſi ſunt à Cuneda, & à filiis ejus, ab omnibus regionibus Britannicis.

‘ CAP. IX. *Quamdiu* Hibernia *inhabitabilis fuit. Et de* ‘ *quodam nobili* Scytha *genere* Pharaonis, *quem, Rege ſub-* ‘ *merſo cum ſuis*, Ægyptii *expulerunt: quomodo peregrinando* ‘ *vagatus ſit. Et quando* Hiberniam *appulerit: & quot an-* ‘ *nos*, Tribuni, Dictatores *ac* Conſules *Rempublicam obti-* ‘ *nuerunt.*

Si quis [*autem*] ſcire voluerit quanto tempore fuit inhabitabilis & deſerta Hibernia, ſic mihi peritiſſimi Scotorum nuntiaverunt. Quando venerunt filii Iſrael tranſeundo rubrum Mare, venerunt Ægyptii & ſecuti ſunt [*eos*,] dimerſique in Mari, ut Scriptura refert. Erat in illis diebus vir nobilis de † Scythia cum magna familia apud Ægyptios, expulſus regno ſuo, & ibi erat quando Ægyptii demerſi ſunt: ipſe non ivit ad perſequendum populum Domini. Illi autem qui ſuperfuerant inierunt conſilium ut expellerent illum, ne regnum illorum obſideret & occuparet, quia fratres illorum ſubmerſi erant in rubro Mari,

‘ Mari, ſicque expulſus eſt. [*Iſte gener Pharaonis erat;*
‘ *i. e. Mas Scotæ filiæ Pharaonis, à qua ut fertur Scotia*
‘ *fuit appellata.*] At ille per XL. & duos annos ambulavit per Africam, & venit ad aras † Philinorum per Lacum Salinarum, & venit inter Ruſicadam, & montes Azare, & venit per flumen Malva, tranſiitque per maritimam ad Columnas Herculis, navigans per Mare Tyrrenum: & applicuit ad Hiſpaniam, habitavitque ibi per multos annos, & crevit, nimisque multiplicatus eſt; & gens ejus multiplicata eſt. Et poſtea venerunt ad Hiberniam, poſt mille duobus annis poſt merſionem Ægyptiorum in Mari rubro, & venerunt ad Regiones Dalrieta, in tempore quo regnabat Brutus apud Romanos, à quo Conſules eſſe cœperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores. Et poſtea Conſules rurſum Rempublicam obtinuerunt per annos CCCCXLVII., quæ prius regia dignitate damnata fuerat.

‘ CAP. X. *Qua ætate* Britones *venerunt ad* Britanniam;
‘ *& qua* Scithæ, *id eſt* Scoti, *qui nunc dicuntur* Hibernen-
‘ ſis, *ad* Hiberniam: *& quomodo* Britones *à* Pictis *&* Scotis
‘ *impugnati ſunt: quo etiam tempore* Romani *Monarchiam*
‘ *Mundi adepti fuerint &* Scotorum *peritiam.*

BRITONES venerunt in tertia ætate Mundi ad Britanniam, Scythæ autem, i. e. Scoti, in quarta ætate Mundi obtinuerunt Hiberniam. Scythæ autem, qui ſunt in occidente, & Picti de Aquilone pugnabant unanimiter & uno impetu contra Britones indeſinenter; quia ſine armis utebantur Britones. Et poſt multum intervallum temporis, Romani Monarchiam totius Mundi obtinuerunt.

‘ CAP. VIII. *Quod nulla certa hiſtoria originis Scotorum*
‘ *continetur.*

Et poſtea venerunt paulatim à partibus Hiſpaniæ, & tenuerunt Regiones plurimas. Noviſſime venit † Clamhoctor, & ibi habitavit cum omni gente ‘ ſua uſque hodie [*nulla tamen certa hiſtoria originis Sco-*‘ *torum reperitur.*] In Britannia quoque Hiſtoreth Iſtorini filius tenuit Dalrietam cum ſuis. Builc autem tenuit Euboniam Inſulam cum ſuis; filii autem ‘ Vethan obtinuerunt regionem † Dimectorum [*ubi* ‘ *civitas eſt quæ vocatur* † *Mineu.*] Et in aliis regionibus ſe dilataverunt, i. e. † *Guiher cet Guely*, donec expuſi ſunt à Cuneda, & à filiis ejus, ab omnibus regionibus Britannicis.

‘ CAP. IX. *Quamdiu* Hibernia *inhabitabilis fuit. Et de*
‘ *quodam nobili* Scytha *genere* Pharaonis, *quem, Rege ſub-*‘ *merſo cum ſuis*, Egyptii *expulerunt: quomodo peregrinando*
‘ *vagatus ſit. Et quando* Hiberniam *appulerit: & quot an-*‘ *nos*, Tribuni, Dictatores *ac* Conſules *Rempublicam obti-*‘ *nuerunt.*

Si quis [*autem*] ſcire voluerit quanto tempore fuit inhabitabilis & deſerta Hibernia, ſic mihi peritiſſimi Scotorum nuntiaverunt. Quando venerunt filii Iſrael tranſeundo rubrum Mare, venerunt Ægyptii & ſecuti ſunt [*eos*,] dimerſique in Mari, ut Scriptura refert. Erat in illis diebus vir nobilis de † Scythia cum magna familia apud Ægyptios, expulſus regno ſuo, & ibi erat quando Ægyptii demerſi ſunt: ipſe non ivit ad perſequendum populum Domini. Illi autem qui ſuperfuerant inierunt conſilium ut expellerent illum, ne regnum illorum obſideret & occuparet, quia fratres illorum ſubmerſi erant in rubro Mari,

‘ Mari, ſicque expulſus eſt. [*Iſte gener Pharaonis erat;*
‘ *i. e. Mas Scotæ filiæ Pharaonis, à qua ut fertur Scotia*
‘ *fuit appellata.*] At ille per XL. & duos annos ambulavit per Africam, & venit ad aras † Philinorum per Lacum Salinarum, & venit inter Ruſicadam, & montes Azare, & venit per flumen Malva, tranſiitque per maritimam ad Columnas Herculis, navigans per Mare Tyrrenum: & applicuit ad Hiſpaniam, habitavitque ibi per multos annos, & crevit, nimisque multiplicatus eſt; & gens ejus multiplicata eſt. Et poſtea venerunt ad Hiberniam, poſt mille duobus annis poſt merſionem Ægyptiorum in Mari rubro, & venerunt ad Regiones Dalrieta, in tempore quo regnabat Brutus apud Romanos, à quo Conſules eſſe cœperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores. Et poſtea Conſules rurſum Rempublicam obtinuerunt per annos CCCCXLVII., quæ prius regia dignitate damnata fuerat.

‘ CAP. X. *Qua ætate* Britones *venerunt ad* Britanniam;
‘ *& qua* Scithæ, *id eſt* Scoti, *qui nunc dicuntur* Hibernen-
‘ ſis, *ad* Hiberniam: *& quomodo* Britones *à* Pictis *&* Scotis
‘ *impugnati ſunt: quo etiam tempore* Romani *Monarchiam*
‘ *Mundi adepti fuerint &* Scotorum *peritiam.*

BRITONES venerunt in tertia ætate Mundi ad Britanniam, Scythæ autem, i. e. Scoti, in quarta ætate Mundi obtinuerunt Hiberniam. Scythæ autem, qui ſunt in occidente, & Picti de Aquilone pugnabant unanimiter & uno impetu contra Britones indeſinenter; quia ſine armis utebantur Britones. Et poſt multum intervallum temporis, Romani Monarchiam totius Mundi obtinuerunt.

‘ CAP. VIII. *Quod nulla certa hiſtoria originis Scotorum* ‘ *continetur.*

ET poſtea venerunt paulatim à partibus Hiſpaniæ, & tenuerunt Regiones plurimas. Noviſſime venit † Clamhoctor, & ibi habitavit cum omni gente ‘ ſua uſque hodie [*nulla tamen certa hiſtoria originis Sco-* ‘ *torum reperitur.*] In Britannia quoque Hiſtoreth Iſtorini filius tenuit Dalrietam cum ſuis. Builc autem tenuit Euboniam Inſulam cum ſuis; filii autem ‘ Vethan obtinuerunt regionem † Dimectorum [*ubi* ‘ *civitas eſt quæ vocatur* † *Mineu.*] Et in aliis regionibus ſe dilataverunt, i. e. † *Guiher cet Guely*, donec expuſi ſunt à Cuneda, & à filiis ejus, ab omnibus regionibus Britannicis.

‘ CAP. IX. *Quamdiu* Hibernia *inhabitabilis fuit. Et de* ‘ *quodam nobili* Scytha *genere* Pharaonis, *quem, Rege ſub-* ‘ *merſo cum ſuis*, Ægyptii *expulerunt: quomodo peregrinando* ‘ *vagatus ſit. Et quando* Hiberniam *appulerit: & quot an-* ‘ *nos*, Tribuni, Dictatores *ac* Conſules *Rempublicam obti-* ‘ *nuerunt.*

SI quis [*autem*] ſcire voluerit quanto tempore fuit inhabitabilis & deſerta Hibernia, ſic mihi peritiſſimi Scotorum nuntiaverunt. Quando venerunt filii Iſrael tranſeundo rubrum Mare, venerunt Ægyptii & ſecuti ſunt [*eos*,] dimerſique in Mari, ut Scriptura refert. Erat in illis diebus vir nobilis de † Scythia cum magna familia apud Ægyptios, expulſus regno ſuo, & ibi erat quando Ægyptii demerſi ſunt: ipſe non ivit ad perſequendum populum Domini. Illi autem qui ſuperfuerant inierunt conſilium ut expellerent illum, ne regnum illorum obſideret & occuparet, quia fratres illorum ſubmerſi erant in rubro Mari,

‘ Mari, ſicque expulſus eſt. [*Iſte gener Pharaonis erat;*
‘ *i. e. Mas Scotæ filiæ Pharaonis, à qua ut fertur Scotia*
‘ *fuit appellata.*] At ille per XL. & duos annos ambulavit per Africam, & venit ad aras † Philinorum per Lacum Salinarum, & venit inter Ruſicadam, & montes Azare, & venit per flumen Malva, tranſiitque per maritimam ad Columnas Herculis, navigans per Mare Tyrrenum: & applicuit ad Hiſpaniam, habitavitque ibi per multos annos, & crevit, nimisque multiplicatus eſt; & gens ejus multiplicata eſt. Et poſtea venerunt ad Hiberniam, poſt mille duobus annis poſt merſionem Ægyptiorum in Mari rubro, & venerunt ad Regiones Dalrieta, in tempore quo regnabat Brutus apud Romanos, à quo Conſules eſſe cœperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores. Et poſtea Conſules rurſum Rempublicam obtinuerunt per annos CCCCXLVII., quæ prius regia dignitate damnata fuerat.

‘ CAP. X. *Qua ætate* Britones *venerunt ad* Britanniam;
‘ *& qua* Scithæ, *id eſt* Scoti, *qui nunc dicuntur* Hibernen-
‘ ſis, *ad* Hiberniam: *& quomodo* Britones *à* Pictis *&* Scotis
‘ *impugnati ſunt: quo etiam tempore* Romani *Monarchiam*
‘ *Mundi adepti fuerint &* Scotorum *peritiam.*

BRITONES venerunt in tertia ætate Mundi ad Britanniam, Scythæ autem, i. e. Scoti, in quarta ætate Mundi obtinuerunt Hiberniam. Scythæ autem, qui ſunt in occidente, & Picti de Aquilone pugnabant unanimiter & uno impetu contra Britones indeſinenter; quia ſine armis utebantur Britones. Et poſt multum intervallum temporis, Romani Monarchiam totius Mundi obtinuerunt.

‘ CAP. XI. *De ſupputatione annorum* Incarnationis Domi-
‘ ni, Patricii, Brigidæ, Columkillæ; *& quo anno* Saxones
‘ Britanniam *venerint.*

A Primo anno Saxones venerunt in Britanniam uſque ad annum IIII. (24) † Mervini Regis ſupputantur anni CCCCXXIX. (411) [A Nativitate ‘ Domini noſtri Jeſu Chriſti uſque ad adventum ſan- ‘ cti Patricii ad † Hiberniam CCCCVII. (425) anni ‘ numerantur: à morte Patricii uſque ad obitum ſan- ‘ ctæ Brigidæ LX. anni ſunt. A Nativitate [*ſancti*] ‘ Columkillæ uſque ad obitum ſanctæ Brigidæ IIII. ‘ ſunt anni. Initium Computi. XXIII. Cycli decem- ‘ novennales ab incarnatione Domini, uſque ad ad- ‘ ventum ſancti Patricii in Hiberniam; & ipſi anni ‘ efficiunt numerum CCCCXXXVII. annorum. Ab ‘ adventu Patricii in jam dictam Inſulam, uſque Cy- ‘ clum decemnovennalem in quo ſummus, XXII. ‘ ſunt Cycli, † i. e. CCCCXXI. [418] & ſunt III. an- ‘ ni in ogdoade uſque in hunc annum.] [i. e. 858.]

‘ CAP. XII. *Aliud experimentum de ortu* Britonum *indige-*
‘ *narum traditionibus Seniorum, & ex veteribus libris vete-*
‘ *rum* Britonum *inventum: Quomodo tres filii* Noe *diviſerunt*
‘ *Orbem terrarum in tres partes poſt diluvium.*

ALIUD experimentum inveni de iſto Bruto ex veteribus libris veterum noſtrorum. Tres filii Noe diviſerunt orbem in tres partes poſt Diluvium. Sem [regnavit] in Aſia, Cham in Africa, Japhet in Europa. Sic dilataverunt terminos ſuos in tres partes, quia tot erant fratres. In Aſia ſunt Provinciæ XV. India, Achaia, Parthia, [Aſ-]Syria, Perſia, Media, Meſopotamia, Cappadocia, Palæſtina, Armenia, Cilicia, Chaldæa, Suria, Ægyptus, Lydia.

In

In Africa ſunt Provinciæ XII. Lybia, † Cyrene, Pentapolis, Æthiopia, Tripolitana, Byzantia, Getulia, Natabria, Numidia, Samaria, Syrtes majores & minores. In Europæ ſunt Provinciæ XIV. Italia, Calabria, Hiſpania, Alamannia, Macedonia, Tracia, Dalmatia, Pannonia, Polonia, Gallia, Aquitania, Britannia, Hibernia, Aquilonarii, i. e. Auſtralia in-
' fra Oceanum. [*Quomodo tres filii Noe, Sem, Cham,*
' *& Japhet, diviſerunt inter ſe totum mundum poſt Dilu-*
' *vium in tribus partibus, & quot Provinciæ ſunt in una-*
' *quaque parte.*] † Britones à Bruto dicti, Brutus fuit filius Hiſcionis, Hiſcion filius Alani, Alanus filius Reæ Silviæ, Rea Silvia filia Numæ Pamphili, Pamphilus fil. Aſcanii, Aſcanius fil. Æneæ, Æneas fil. Anchiſæ, Anchiſes fil. Trois, Tros fil. Dardani, filii Flire, fil. Juvani, Juvanus fil. Japhet VII. filios habuit, primus Gomer à quo Galli, ſecundus Magog à quo Scythæ & Gothi, tertius Aialanus à quo Medi, quartus Juval à quo Græci, quintus Tubal à quo † Hiberes, ſextus Meſech à quo Cappadoces, ſeptimos Troias à quo Traces. [*Hi ſunt filii Japhet, filii Noe,*
' *filii Lamech, & redierunt ad id unde egreſſi ſunt.*]

' CAP. XIII. *De nobilitate* Britonum, *& quod illi de gene-*
' *re* Japhet *deſcenderint à quodam* Alanio, *cujus genealogiam*
' *uſque ad* Adam *protoplaſtum ducit.*

[PRIMUS homo de genere Japhet venit ad Europam, Alanus nomine cum tribus filiis ſuis] quorum nomina ſunt hæc, Hiſicion, Armenon, Negno. Hiſicion autem habuit IIII. filios, quorum nomina ſunt, Francus, Romanus, Alemanus & † Brito, à quo primo Britannia habitata eſt. Armenon autem habuit filios V. Hi ſunt, Gothus, Walago-

thus, † Cebidus, Burgundus, Longobardus. Negno autem habuit IIII. filios, quorum nomina hæc ſunt, Wandalus, Saxo, Bogarus, Targus. Ab † Hiſicione primogenito Alani ortæ ſunt quatuor gentes, Franci, Latini, Alemanni & † Britones. Ab Armenone autem ſecundo filio Alani orti ſunt Gothi, Walagothi, Cebidi, Burgundi & Longobardi. A Negno autem tertio filio, Bogari, Wandali, Saxones & Tarinci. Iſtæ autem gentes ſunt ſubdiviſæ per totam Europam. Alanus autem, ut aiunt, fuit filius † Fethevir, filius † Ogomun, filii † Thoi, filii Boib, filii † Symeon, filii Mair, filii † Ethac, filii Aurthac, filii Ecthet, filii Oothz, filii Abirth, filii Ra, filii Eſra, filii Iſrau, filii Bath, filii † Jona, filii Jabath, ‘ [*filii Japhet, filii Noe, filii Lamech, filii Methuſalem,* ‘ *filii Enoch, filii Jareth, filii Malaleel, filii Cainan, filii* ‘ *Enos, filii Seth, filii Adam, filii Dei vivi.*] Hanc genealogiam inveni ex traditione veterum, qui incolæ fuerunt in primis Britanniæ [temporibus;] ſed redeam nunc ad id unde egreſſus ſum.

‘ CAP. XIV. *Quomodo* Julius Cæſar *bis à* Britonibus *re-* ‘ *pulſus ſit, & quomodo bis victus de* Britannia *ſine pace &* ‘ *cenſu in fugam rediit.*

ROMANI autem, dum acceperunt dominium totius mundi, ad Britannos legatos miſerunt ut obſides & cenſum acciperent ab illis, ſicut accipiebant ab univerſis regionibus, & ab univerſis Inſulis; Britanni autem cum eſſent Tyranni & tumidi, legationem Romanorum contempſerunt. Tunc Julius Cæſar, cum accepiſſet ſingulare imperium primus, & obtinuiſſet regnum, iratus eſt valde; & venit ad Britanniam cum LX. Chiulis, & venit in oſtium Tamenſis,

ſis, in quo naufragium perpeſſæ ſunt naves illius; dum ipſe pugnabat contra Dolobellum, qui erat Proconſul Regi Britannico, qui & ipſe Rex † Bellinus vocabatur, [*& filius erat † Minocani, qui occupavit omnes inſulas Tyrreni Maris:*] & Julius Cæſar reverſus eſt ſine victoria, cæſis militibus, fractisque navibus.

CAP. XV. *Qualiter tertio ſuperatis* Britonibus *inſulam occupavit;* Britones*que ſibi ſubjugavit & illos tributarios fecit; cenſumque reddere cœgit.*

ET iterum [poſt ſpatium † trium annorum,] venit cum magno exercitu ſexentiſque Chiulis, & pervenit uſque ad oſtium † Tamenſis fluminis, & ibi inierunt bellum, & multi ceciderunt de equis militibusque ſuis: quia jam dictus Proconſul poſuerat ſudes ferreas & ſemen bellicoſum, quæ calcitramenta, i. e. † cethilocium, in vada fluminis [*quod*] magnum diſcrimen fuit militibus Romanorum; quia hæc ars inviſibilis fuit illis, & diſceſſerunt tunc temporis ſine pace. Geſtum eſt tertio bellum juxta locum qui dicitur Trinovantum: [*à Romanis contra Britones*] & accepit Julius imperium Britannicæ gentis, XLVII. (54 vel 53) annis ante Nativitatem Chriſti: ab initio mundi † V.CCXV. (5156) conſtant anni.

CAP. XVI. *Quod in honorem Victoriæ* Julii, *menſis* Julius, *qui &* Quintilis, *dedicatus ſit.*

JULIUS igitur primus in Britanniam pervenit, & regnum, & gentem tenuit, & in honorem illius Quintilem menſem Julium debere vocari decreverunt Romani: & [*poſtea*] idibus Martis Caius Julius Cæſar in Curia occiditur: tenente Octaviano Auguſto [*ne pote*

pote ſuo] Monarchiam totius Mundi, & cenſum à Britannia ipſe ſolus accepit, ut Virgilius:

Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

‘ CAP. XVII. *Quod* Claudius *Imperator cum magno labore*
‘ *& detrimento, ſecundò poſt* Julium Britones *vicit, & uſque*
‘ ORCADES *totam Inſulam obſedit; & ubi obierit.*

SECUNDUS poſt hunc Claudius Imperator venit, & in Britannia imperavit XL. & [V]III. annos poſt adventum Chriſti: & ſtragem & bellum fecit ‘ magnum, non abſque detrimento militum [*juve-*
‘ *numque ſuorum*] tamen victor fuit in Britannia, & poſtea cum Chiulis perrexit ad Orcades inſulas, & ſubjecit ſibi, & fecit eas tributarias: in tempore illius quievit dari cenſum Romanis à Britannia, ſed Britannicis Imperatoribus reditum eſt. Regnavit autem ‘ annis XIII. Menſibus VIII., [*cujus Monumentum in*
‘ *Magantia apud Longobardos oſtenditur, ubi dum ad Ro-*
‘ *mam ibat defunctus eſt.*]

‘ CAP. XVIII. *Quanto tempore ab incarnatione Domine*
‘ Britones *fidem* Chriſti *ſuſceperunt.*

ANNO Dominicæ Incarnationis CLXIV. Lucius Britannicus Rex cum univerſis Regulis totius Britanniæ baptiſmum ſuſceperunt, miſſa legatione ab Imperatoribus Romanorum, & à Papa Romano ‘ Eleutherio ❋: [*Lucius agnomine Levermaur, id eſt, Magni*
‘ *Splendoris, propter fidem quæ in ejus tempore venit.*]

❋ Evariſto alii.

CAP.

‘ CAP. XIX. *Qualiter* Severus *Imperator tertius murum*
‘ *trans Inſulam ob incurſionem* Pictorum Scotorumque *facere*
‘ *præcepit, & illos à* Britonibus *diviſit, & ubi poſtea pe-*
‘ *remptus.*

TERTIUS fuit Severus, qui transfretavit ad Britannos, ubi receptas Provincias ut ab incurſione barbarica faceret tutiores, murum & aggerem à Mari uſque ad Mare per latitudinem Britanniæ, id eſt, ‘ per [C]XXXII. Millia paſſuum deduxit, [& vocatur ‘ Britannico Sermone † Gual, per [C]XXXII. Milliaria paſſus, id eſt, à Pengaaul, quæ villa Scotice ‘ Cenail, Anglice vero Peneltun dicitur,] uſque ad oſtium fluminis Cluth & Cairpentaloch, quo murus illi finitur ruſtico opere. Severus ille prædictus conſtruxit, ſed nihil profuit. ☞ Carutius poſtea reædi‘ ficavit Imperator, & VII. caſtellis munivit; inter‘ que utraque oſtia domumque rotundam politis la‘ pidibus ſub ripam fluminis Carun, quod à ſuo no‘ mine nomen accepit, fornicem triumphalem in vi‘ ctoriæ memoriam erigens, conſtruxit. Propterea ‘ juſſit fieri inter Britones & Pictos Scotosque. Quia ‘ Scoti ab Occidente & Picti ab Aquilone unanimiter ‘ pugnabant contra Britones:’ nam & ipſi pacem inter ſe habebant, & non † multo poſt intra Britanniam reverſus apud Eboracum cum ſuis ducibus occiditur.

‘ CAP. XX. *Quomodo* Carutius *Imperator vindicatus ſit*
‘ Severum, *ſatiatus ſanguine* Britonum; *& ubi fornicem tri‘ umphalem in memoriam ſuæ victoriæ conſtruxit.*

QUARTUS fuit † Carutius Imperator & Tyrannus, qui & ipſe venit in † Britanniam tyrannide, [*irratus*] pro occiſione Severi [☞] cum omnibus Ducibus Romanicæ gentis, qui erant cum eo in Britannia,

tannia, [&] tranſverberavit omnes regulos Britonum, & vindicavit valde Severum ab illis, & purpuram Britanniæ occupavit. [*vide* ☞ *ſupra Cap. XIX.*]

‘ CAP. XXI. *De* Conſtantio Conſtantini Magni *patre*, ‘ *ubi obierit & ſepultus ſit. Et quæ ſemina in pavimento ur-* ‘ *bis ſeruerit.*

QUINTUS Conſtantius Conſtantini magni Pater fuit, & ibi moritur, & Sepulchrum illius monſtratur juxta urbem, quæ vocatur † Cair Ebrauc, ut litteræ quæ ſunt in lapide tumuli ejus oſtendunt: & ipſe ſeminavit tria ſemina in pavimento ſuperdictæ Civitatis, ut nullus pauper in ea remaneret unquam, & vocatur alio nomine † Brigantum.

‘ CAP. XXII. *De* Maximo *Imperatore*, *cujus temporibus* ‘ *Sanctus* Martinus *virtutibus claruit*, *& quando Imperato-* ‘ *res Cæſares nominari deſierunt.*

SEXTUS Maximus Imperator regnavit in Britannia; à tempore illius Conſules eſſe cœperunt, & Cæſares nunquam poſtea appellati ſunt. Et ſanctus Martinus in tempore illo claruit in virtutibus & ſignis, locutuſque eſt cum eo.

‘ CAP. XXIII. *De* Maximiano *Tyranno*, *qui fretus mili-* ‘ *te* Britonum Gratianum *occidit Imperatorem*, *&* Britanni- ‘ am *juvenili flore ſpoliavit*, *ac* Britanniam Minorem, *& ad* ‘ *incolatum dedit*, *ſicque eos tranſmigrare fecit*, *& quod nun-* ‘ *quam poſtea reverti potuerunt.*

SEPTIMUS Imperator regnavit in Britannia dictus † Maximus: ipſe perrexit cum omnibus militibus Britonum à Britannia, & occidit Gratianum Regem Ro-

Romanorum, & imperium tenuit totius Europæ, noluitque dimittere milites, qui cum eo perrexerunt à Britannia, neque ad uxores ſuas, neque ad filios, neque ad poſſeſſiones eorum, ſed dedit illis multas regiones, à ſtagno quod eſt ſuper verticem montis Jovis, uſque ad Civitatem quæ vocatur † Tantguic. Ipſi ſunt ad ‹ cumulum occidentalem, i. e. † Crutochidenit [† *Britones namque Armorici, qui ultra mare ſunt, cum Maximo Tyranno, hinc in expeditionem exeuntes, quoniam rediri nequiverant, occidentales partes Galliæ ſolotenus vaſtaverunt, nec mingentes ad parietem vivere reliquerunt: acceptisque eorum uxoribus & filiabus in conjugium, omnes earum linguas amputaverunt, ne eorum ſucceſſis maternam linguam diſceret, unde & nos illos vocamus in noſtra lingua Letewicion, i. e. ſemitacentes, quoniam confuſe loquuntur.*] Hi ſunt Britones Armorici, & nunquam reverſi ſunt ad proprium ſolum uſque in hodiernum diem. Propter hoc [*illorum abſentia*] Britannia occupata eſt ab extraneis gentibus, & Cives ejus expulſi ſunt; uſque dum Dominus auxilium dederit illis: In veteri traditione veterum noſtrorum, ut legimus, VII. Imperatores fuerunt à Romanis in Britannia. Romana autem dicunt IX. fuiſſe.

‹ CAP. XXIV. *De ſecundo etiam* Severo, *qui ſolita ſtructura murum alterum, ad arcendos* Pictos & Scotos, *fieri à* Tinmuthe *uſque* ROUVENES *præcepit.*

OCTAVUS fuit alius Severus: aliquando in Britanniam manebat, aliquando ad Romam ibat & ibi defunctus eſt.....
.....
.....

CAP.

‘ CAP. XXV. *De* Conſtantio *qui* Britonibus *in* Britannia ‘ *Imperator ultimus præfuit: & quamdiu regnum* Romano- ‘ rum *in* Britones *perduravit, & quando illi* Romanos *ulteri-* ‘ *us recipere noluerunt.*

NONUS fuit Conſtantinus ipſe regnavit XVI. annis in Britannia, & XVII. anno imperii ſui obiit ‘ [*dolo occiſus*] in Britannia Eboraci, ut ipſi dicunt. Hucuſque regnaverunt Romani apud Britones † CCCC & IX. (360) annis. Britones autem dejecerunt † regnum Romanorum, neque cenſum illis dederunt, neque Reges eorum acciperunt ut regnarent ſuper eos, neque Romani auſi ſunt ut venirent in Britanniam amplius ad regnandum, quia duces eorum Britones occiderant.

‘ CAP. XXVI. *Quo tempore* Britones *jugum* Romanorum ‘ *abjecerunt; & quando* Nicæna *Synodus*, Ambroſius, Mar- ‘ tinus, Jeronymus, *floruerunt, & de* Maximiano *Ty-* ‘ *ranno & filio ejus* † Victori: *qualiter & ubi interfecti fue-* ‘ *runt. Et quot anni ab initio Mundi & ab incarnatione* ‘ Chriſti *uſque ad illud tempus tranſierunt.*

ITERUM repetendus eſt Sermo de Maximo Tyranno. Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit annis † tribus. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus clarus habebatur in Catholicorum dogmate. Valentinianus cum Theodoſio regnavit annis VIII. Synodus Conſtantinopoli CCCL. Patrum celebratur, in qua omnes hæreſes damnantur. Jeronimus Presbyter Bethleem toto mundo claruit Interpres Catholicus. Dum Gratianus imperium in toto mundo regebat; in Britannia, per ſeditionem militum, Maximianus Imperator † factus eſt. Quo mox in Gallias transfretante, Gratianus Pariſius, Merobaudis magiſtri

ſtri militum proditione ſuperatus, & fugiens Lugduni captus & occiſus eſt: Maximus Victorem filium ſuum conſortem regni fecit. Martinus Turonenſis Epiſcopus in magnis virtutibus claruit. Poſt multum intervallum temporis à Valentiniano & Theodoſio Conſulibus, [*incluſus*] in [*Muletta*] tertio ab Aquileia lapide, ſpoliatus indumentis regalibus ſiſtitur, & capite damnatur: cujus filius Victor [*eodem anno*] ab Argobaſte Comite interfectus eſt intra Galliam: peractis à mundi initio annis V.DC.XC. (5598) Ab incarnatione Domini CCCXCI. (388)

'CAP. XXVII. *Quot vicibus* Britones Romanorum *duces* 'occiderunt, & *qua callidirate eos tum ſemper ad auxilia* 'ſibi *ferenda provocaverunt. Et quot annis* Britones *ſub* 'dominio Romanorum *fuerunt.*

TRIBUS vicibus occiſi ſunt Duces Romanorum à Britonibus. Britones autem, dum anxiarentur à barbarorum gentibus, i. e, Scotorum & Pictorum, auxilium flagitabant Romanorum. Et dum legati mittebantur magno luctu; & cum ſablonibus ſuper capita ſua intrabant, & portabant magna munera ſecum [Conſulibus] pro admiſſo ſcelere occiſionis Ducum; & ſuſcipiebant Conſules grata dona ab illis. Promittebant ergo Britones cum Sacramento accipere jugum Romanorum, & Romanici juris, licet durum fuiſſet. Et Romani venerunt cum exercitu maximo ad auxilium eorum, & poſuerunt Duces & imperatores in Britannia. Et compoſito Imperatore cum Ducibus revertebatur exercitus ad Romam uſque; & ſic alternatim per † CCCCXLIX. annos faciebant. Britones autem propter gravitatem imperii occidebant Duces Romanorum, & auxilium poſtea pete-

bant [*ab eis.*] Romani autem ad imperium auxiliumque, & ad vindicandum [*proximorum*] veniebant, & ſpoliata Britannia auro argentoque, cum ære, & omni præcioſa veſte, & melle, [*& muneribus*] cum magno triumpho revertebantur. Nunc vero ad gentem Saxonum flectendus articulus.

'CAP. XXVIII. *Quod ab expulſione* Romanorum *uſque* 'ad *adventum* Saxonum, *per annos videlicet* XL, *tota* Bri- 'tannia *ſub maximo metu fuit. Et quando* Vortigernus 'Rex *impius regnavit; quot timoribus quantiſque anxieta-* 'tibus *oppreſſus extitit: quoto anno à Paſſione Domini* Saxo- 'nes *ſuſcepit, & Inſulam* Tanet *ad inhabitandum tradidit;* '& *de proſapia etiam* Hengiſt, & *quomodo* Britanniam 'venit, & *quomodo imperium* Romanorum *ſuper Britones* 'omnino *eſſe deſiit.*

FACTUM eſt autem poſt ſupradictum bellum, quod fuit inter Britones & Romanos, quando Duces illorum occiſi ſunt; & poſt occiſionem Maximi Tyranni, [*qui Gratianum occidit,*] tranſactoque Romanorum in Britannia imperio, per XL. annos ſub metu fuerunt. Gorthigernus regnavit in Britannia, & dum ipſe regnabat, urgebatur à metu Pictorum Scotorumque, & à † Romanico impetu, nec non & à timore Ambroſii. Interea (*fortè A. D.* 428) venerunt tres Chiulæ à Germania in exilio pulſæ, in quibus [erant] Hors & Hengiſt, qui ipſi fratres erant. 'Hors & Hengiſt filii Guitgils, filii † Gug- 'ta, filii Guecta, filii Vuoden, filii Frealf, filii Fre- 'dulf, † filii Fuin, filii Folepald, [*alii Godwulf*] filii 'Geata, qui fuit, ut aiunt, filius Dei. Nunquid 'ipſe eſt Dominus exercituum vel Dominus Deo- 'rum, ſed unus eſt ab idolis eorum quæ ipſi cole- 'bant. [*Hæc eſt Genealogia iſtorum Marum de quibus primò*

'*primò creverunt Saxones.* Gortigernus autem ſuſcepit 'eos benigne, & [*poſtea*] tradidit eis inſulam, quæ 'lingua eorum vocatur Taneth, Britannico, ſermo-'ne † Ruithina, regnante † Martiano ſecundo, 'quando Saxones à Gortigerno ſuſcepti ſunt, anno '† CCCCXLVII. (*al.* 449) poſt paſſionem Chriſti.

'CAP. XXIX. *Quando ſanctus* Germanus *fidem prædica-'turus* Britanniam *venerit, & Pelagianam hæreſim extirpa-'vit, damnavit, & omnino deſtruxit.*

In tempore illius venit ſanctus Germanus, Autiſiodorenſium urbis Epiſcopus, ad prædicandum in Britannia; & claruit apud illos in multis virtutibus, & multi per eum ſalvi facti ſunt; *& plurimi incre-'duli perierunt: aliquanta miracula, quæ per illum Domi-'nus fecit, ſcribenda decrevi* [*paucis de multis.*]

'CAP. XXX. *De* Benli *Rege infideli & Tyranno, qui 'ſanctum* Germanum *recipere noluit, ſed aditum domus ſuæ 'prohibuerit.*

'Primum † *miraculum de miraculis ejus erat, quidam 'Rex valde iniquus atque Tyrannus, cui nomen erat '†* Benli, *in Regione* Jal, *& ille vir ſanctiſſimus* Ger-'manus *voluit viſitare & properare ad iniquum regem, ut 'prædicaret illi viam ſalutis. Et cum ipſe homo Domini 'veniſſet ad oſtium urbis cum comitibus ſuis, venit Porta-'rius & ſalutavit eos. Qui miſerunt eum ad Regem, & 'Rex durum reſponſum dedit illis, & cum juramento dixit '[illi,] ſi fuerint vel ſi manſerint uſque ad caput anni in 'oſtio portæ meæ arcis, non venient unquam in medio urbis 'meæ. Dum ipſi expectabant janitorem, ut renunciaret 'illis Sermonem Tyranni, Sol declinabat ad veſperum, &*

bant [*ab eis.*] Romani autem ad imperium auxiliumque, & ad vindicandum [*proximorum*] veniebant, & ſpoliata Britannia auro argentoque, cum ære, & omni præcioſa veſte, & melle, [*& muneribus*] cum magno triumpho revertebantur. Nunc vero ad gentem Saxonum flectendus articulus.

'CAP. XXVIII. *Quod ab expulſione* Romanorum *uſque* 'ad adventum Saxonum, *per annos videlicet* XL, *tota* Bri- 'tannia *ſub maximo metu fuit. Et quando* Vortigernus 'Rex *impius regnavit; quot timoribus quantiſque anxieta-* 'tibus oppreſſus extitit: *quoto anno à Paſſione Domini* Saxo- 'nes *ſuſcepit, & Inſulam* Tanet *ad inhabitandum tradidit;* '& *de proſapia etiam* Hengiſt, *& quomodo* Britanniam 'venit, *& quomodo imperium* Romanorum *ſuper Britones* 'omnino eſſe deſiit.

FACTUM eſt autem poſt ſupradictum bellum, quod fuit inter Britones & Romanos, quando Duces illorum occiſi ſunt; & poſt occiſionem Maximi Tyranni, [*qui Gratianum occidit,*] tranſactoque Romanorum in Britannia imperio, per XL. annos ſub metu fuerunt. Gorthigernus regnavit in Britannia, & dum ipſe regnabat, urgebatur à metu Pictorum Scotorumque, & à † Romanico impetu, nec non & à timore Ambroſii. Interea (*fortè A. D.* 428) venerunt tres Chiulæ à Germania in exilio pulſæ, in quibus [erant] Hors & Hengiſt, qui ipſi fratres erant. 'Hors & Hengiſt filii Guitgils, filii † Gug- 'ta, filii Guecta, filii Vuoden, filii Frealf, filii Fre- 'dulf, † filii Fuin, filii Folepald, [*alii Godwulf*] filii 'Geata, qui fuit, ut aiunt, filius Dei. Nunquid 'ipſe eſt Dominus exercituum vel Dominus Deo- 'rum, ſed unus eſt ab idolis eorum quæ ipſi cole- 'bant. [*Hæc eſt Genealogia iſtorum Marum de quibus*

primò

'*primò creverunt Saxones.* Gortigernus autem ſuſcepit 'eos benigne, & [*poſtea*] tradidit eis inſulam, quæ 'lingua eorum vocatur Taneth, Britannico, ſermo-'ne † Ruithina, regnante † Martiano ſecundo, 'quando Saxones à Gortigerno ſuſcepti ſunt, anno '† CCCCXLVII. (*al.* 449) poſt paſſionem Chriſti.

'CAP. XXIX. *Quando ſanctus* Germanus *fidem prædica-'turus* Britanniam *venerit, & Pelagianam hæreſim extirpa-'vit, damnavit, & omnino deſtruxit.*

In tempore illius venit ſanctus Germanus, Autiſiodorenſium urbis Epiſcopus, ad prædicandum in Britannia; & claruit apud illos in multis virtutibus, & multi per eum ſalvi facti ſunt; *& plurimi increduli perierunt: aliquanta miracula, quæ per illum Dominus fecit, ſcribenda decrevi* [*paucis de multis.*]

'CAP. XXX. *De* Benli *Rege infideli & Tyranno, qui 'ſanctum* Germanum *recipere noluit, ſed aditum domus ſuæ 'prohibuerit.*

'Primum † *miraculum de miraculis ejus erat, quidam 'Rex valde iniquus atque Tyrannus, cui nomen erat '†* Benli, *in Regione* Jal, *& ille vir ſanctiſſimus* Ger-'manus *voluit viſitare & properare ad iniquum regem, ut 'prædicaret illi viam ſalutis. Et cum ipſe homo Domini 'veniſſet ad oſtium urbis cum comitibus ſuis, venit Porta-'rius & ſalutavit eos. Qui miſerunt eum ad Regem, & 'Rex durum reſponſum dedit illis, & cum juramento dixit '[illi,] ſi fuerint vel ſi manſerint uſque ad caput anni in 'oſtio portæ meæ arcis, non venient unquam in medio urbis 'meæ. Dum ipſi expectabant janitorem, ut renunciaret 'illis Sermonem Tyranni, Sol declinabat ad veſperum, &*

nox adpropinquabat, quo irent neſciebant. Interea venit vnus de ſervis Regis è medio urbis, & inclinavit ſe ante virum Domini, & nunciavit illis omnia verba Regis.

CAP. XXXI. *De ſervo qui eum ad hoſpitium invitavit, & de vitulo nocte occiſo, cocto, & comeſto, & mane coram matre vivo ſano & integro invento.*

INVITAVITQVE *illos ad caſam ſuam, & exierunt cum illo. Quos benigne* [eos] *ſuſcepit, & nihil omnino homo ille habebat in pecudibus, excepta vacca una cum vitulo. Quid ergo? Vitulum occidit, coxit, & poſuit ante ſervum Dei, cæterosque ſocios ejus; quibus ſanctus* Germanus *præcepit ut non confringeretur os de oſſibus vituli, & ſic factum eſt: in craſtinum vitulus inventus eſt ante matrem ſuam ſanus, & vivus, incolumiſque, Dei Miſericordia & oratione ſancti* Germani.

CAP. XXXII. *De quodam viro ab eo baptizato, & juxta ejus vaticinium mox defuncto, & ab angelo Dei ſuſcepto.*

ITERUM *de mane ſurrexerunt ut impetrarent aditum urbis juxta portam præſtolantes; & ecce vir unus currebat, & ſudor illius à vertice uſque ad plantas pedum diſtillabat, inclinans ſe ante eos. Et dixit ſanctus* Germanus, *Credis in ſanctam Trinitatem? Et reſpondit ille, Credo, & baptizatus eſt, & oſculatus eſt ab eo. Cui dixit ſanctus* Germanus, *Vade in pace; in iſta hora morieris, & Angeli Dei te in aera expectant, ut gradiaris cum illis ad Dominum cui credidiſti. Et ipſe lætus intravit in arcem, & Præfectus tenuit illum & alligauit: qui ante Tyrannum deductus & interfectus eſt. Mos enim erat apud nequiſſimum Tyrannum, niſi quis ante ſolis ortum veniſſet*

veniſſet ad ſervitutem, interficiebatur. Et manſerunt tota die juxta portam Civitatis, nec impetraverunt ut ſalutarent Tyrannum.

CAP. XXXIII. *Qualiter hoſpitis ſui filios de opido educi præcepit, & nocte ipſa arcem cum Rege ignis de cœlo funditus conſumpſit.*

SOLITO *more affuit ſupradictus ſervus, & dixit illi ſanctus* Germanus, *Cave ne in hac nocte aliquis de familia tua maneat in arce: iterum reverſus eſt ad arcem, & deduxit filios ſuos, quorum numerus erat IX.; & ipſi ad ſupradictum hoſpitium cum Domino ſuo reverſi ſunt. Præcepitque ſanctus* Germanus *manere eos jejunos; & clauſis januis dixit, Vigilantes eſtote, & ſi quid evenerit, in arcem nolite aſpicere, ſed orate attentius, & indeſinentur ad Dominum noſtrum clamate: & poſt modicum intervallum noctis, ignis de cœlo cecidit, & combuſſit arcem, & omnes qui cum Tyranno erant, nec ultra apparuerunt, nec arx reædificata eſt uſque in hodiernum diem.*

CAP. XXXIV, *Quomodo vir ille qui ſanctum hoſpitio recepit credidit, & baptizatus fuit, & juxta verbum ejus de ſervo Rex factus eſt: de Regno* Powiſorum *& omnibus filiis ejus.*

IN *Craſtino vir ille, qui ſanctum hoſpitaverat, credidit & baptizatus eſt cum omnibus filiis ſuis, & omnis regio cum eis. Nomen viri erat* Ketel, *& benedixit ei, addiditque & dixit. Non deficiet Dux de ſemine tuo in æternum: ipſe* Ketel Durnluc *Dux; & tu eris Rex ab hodierna die: & ſic evenit, & impletum eſt quod per prophetam dicitur, ſuſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium*

‘*gloriæ teneat: juxta verbum ſancti* Germani *Rex de ſer-*
‘*vo factus eſt, & omnes filii ejus facti ſunt Reges, & à*
‘*ſemine eorum omnis Regio Pouiſorum regitur uſque in*
‘*hodierna diem.*

‘CAP. XXXV. *Qualiter* Britones *annonas* Saxonibus *pro-*
‘*miſerunt, ut pro eis adverſus hoſtes, ſcilicet*, Pictos &
‘Scotos, *dimicarent, ſed poſtea facere noluerunt.*

FACTUM eſt autem, poſtquam caſtra metati ſunt Saxones in ſupradicta inſula Taneth, promiſit Rex ſupradictus [*Vortigernus*] dari illis victum & veſtimentum abſque defectione; & placuit illis, & ipſi promiſerunt epugnare inimicos ejus fortiter. At illi barbari cum multiplicati eſſent numero, non potuerunt Britones cibare illos: cum poſtularent cibum & veſtimentum ſicut promiſſum illis erat, dixerunt Britones, non poſſumus vobis dare cibum nec veſtimentum, quia numerus veſter multiplicatus eſt; ſed recedite à nobis, [*inde*] auxilio veſtro non indigemus, [*victum & veſtitutum vobis dare nolumus*] ipſi vero conſilium fecerunt cum Majoribus ſuis ut pacem diſrumperent.

‘CAP. XXXVI. *Qualiter Rex* Vortigernus Romwennam
‘*filiam* Hengiſti *adamaverit & duxerit*, & Cantiam *ſibi in*
‘*dotem dederit.*

HENGIST autem cum eſſet vir doctus atque aſtuſtus & callidus, cum exploraſſet ſuper Regem inertem, & ſuper gentem illius, quod ſine armis utebantur, inito conſilio dixit ad Regem Britannicum, pauci ſumus, ſi vis mittemus ad patriam noſtram, ut invitemus milites de militibus regionis noſtræ,

noſtræ, & ſit amplior numerus ad certandum præ te & pro gente tua: & Rex hoc idem conceſſit. Qui illico miſerunt, & Legati transfretaverunt trans † Scithicam vallem, qui reverſi ſunt cum Chiulis XVII. Militesque electi venerunt in illis: & in una Chiula venit puella pulchra valde atque decora, [*&*] hæc erat filia Hengiſti. Poſtquam veniſſent Chiulæ fecit convivium Hengiſtus Guorthigirno Regi, & militibus ſuis, & interpreti ſuo, qui vocabatur † Cerdicſelmot. [*Nullo Britone Britonum ſciente Saxonicam linguam, præter iſtum Britonem: ſtudet qui legit quo eventu evenit ipſi viro intelligere ſermone Saxonicum.*] Hengiſtus itaque puellam juſſit miniſtrare illis vinum & ſiceram, qui inebriati ſunt nimis & ſaturati. Illis bibentibus, intravit Sathanas in corde Guorthigerni ut adamaret puellam, & poſtulavit eam à patre ſuo per interpretem ſuum, & dixit omne quod [*pro ea*] à me poſtulas impetrabis, licet dimidium regni mei. Et Hengiſtus inito conſilio cum ſuis ſenioribus qui ſecum venerant de inſula † Angul, [*quæſivit ab eis*] quid peterent [*& quid Regem peterent*] pro puella, unum conſilium illis omnibus fuit, ut peterunt Regionem quæ in lingua eorum vocatur Canthguaraland, in noſtra autem lingua † Chent; & dedit illis, † Guoirangono Rege regnante in Cantia, & inſcius erat quod traditum eſſet regnum ipſius Paganis, & ipſe ſolus in poteſtatem illorum [*eum dolor nimius exagitabat quia regnum ſuam*] clam [*doloſeque & imprudenter aliegenis datum eſt.*] & ſic data eſt puella illi in conjugium, & dormivit cum ea, & adamavit eam valde.

‹ CAP. XXXVII. *Qualiter* Hengiſtus Octam *filium ſuum*, ‹ *&* Ebiſſam *filium* Hors *fratris ſui*, *ad aquilonales partes* ‹ Britanniæ, *invitavit*, *& quam ſeditioſe gens* Saxonum *per* ‹ Hengiſtum *poſtea clam & parumper venerit.*

DIXIT ergo Hengiſtus ad Regem; ego ſum Pater tuus, & conſiliator ero tibi, & noli præterire conſilium meum unquam, quia non timebis te ſuperari ab uno homine, neque ab ulla gente; gens illa mea valida eſt. Ivitabo itaque filium meum cum fratrueli ſuo: bellatores illi ſunt viri ut dimicent contra Scotos, & da illis Regiones quæ ſunt in aquilone, juxta murum qui vocatur Gual. Et juſſit ut invitaret eos: quos & invitavit Ochta & Abiſa cum XL Chiulis. At ipſi, cum navigarent circa Pictos, vaſtaverunt Orchades inſulas, veneruntque, & occupaverunt plurimas regiones [*& inſulas*] trans Mare † Freſicum, i. e. quod inter nos Scotosque eſt, uſque ad confinia Pictorum. Et Hengiſtus ſemper Chiulas ad ſe paulatim invitavit, ita ut inſulas de quibus venerant abſque habitatore relinquerent: cumque gens illius creviſſet & in virtute & in multitudine, venerunt ad ſupradictam [*regionem*] Cantuariam.

‹ CAP. XXXVIII. *Quomodo Rex* Vortigernus *filiam ſuam* ‹ *propriam violavirit*, *& de ea filium genuerit*, *& crimen in* ‹ *Epiſcopum retorquere voluerit*, *& ſancto* Germano *impe-* ‹ *ranti in Concilio coram omnibus ab infante proditum ſcelus* ‹ *illius ſit*, *& ſic à beato* Germano *& omni Conventu dam-* ‹ *natus ſit.*

‹ ET ſuper hæc omnia mala adjiciens Guorthigernus accepit filiam ſuam propriam in uxorem ‹ ſibi,

ſibi, quæ peperit ei filium. * Hoc autem cum compertum eſſet à ſancto Germano, venit corripere Regem cum omni Clero Britonum. Et dum conventa eſſet magna Synodus Clericorum ac Laicorum in uno conſilio, ipſe Rex præmonuit filiam ſuam, ut exiret ad Conventum, & ut daret filium ſuum in ſinu Germani, diceretque quod ipſe erat pater ejus; ac ipſa fecit ſicut edocta erat. Sanctus Germanus eum benigne accepit, & dicere cœpit, pater tibi ero, nec te permittam niſi mihi novacula cum forcipe pectineque detur, & ad patrem tuum carnalem tibi dare liceat. Mox ut audivit [*puer obedivit verbo ſenioris ſancti, &*] ad avum ſuum, patremque carnalem Guorthigernum perrexit & dixit illi. Pater meus es tu, caput meum tonde, & comam capitis mei pecte. Ille autem ſiluit, & puero reſpondere noluit, ſed ſurrexit, iratusque eſt vehementer, & ut à facie ſancti Germani fugeret quærebat, & maledictus eſt, & damnatus à beato Germano & omni Conſilio Britonum.

CAP. XXXIX. *Quale Conſilium* Britones *Regi* Vortigerno *dederint.*

POST hæc igitur Rex ad ſe invitavit omnes mag[nat]os ſuos, ut ab eis interrogaret, quid faceret. At illi dixerunt, in extremos fines Regni tui vade, ut arcem munitam conſtruas, in qua te defendas: quia gens quam ſuſcepiſti invidet tibi, & fraude

* Putant aliqui Fauſtum hunc fuiſſe Fauſtum Reienſem. Tempora non multum diſcrepant. Sane & hic Fauſtus vulgo Sanctus perhibebantur: & fuit valde longævus. De eo abunde Uſſerius. GALE.

‘ doloſa te occidet, & univerſas regiones quas ama-
‘ ſti occupabit cum univerſa tua gente poſt mortem
‘ tuam.

‘ CAP. XL. *Quomodo cum Magis ſuis locum caſtelli quæ-*
‘ *rens*, SNAUDUNE, *id eſt* Mons Nivis, *reperit, ſed omnis*
‘ *collecta materies tertio ſubito terra debiſcente abſorpta ſit.*

‘ POSTEA vero ipſe Rex arcem cum Magis ſuis
‘ quæſiturus perrexit, & per multas Regiones
‘ multaſque provincias peragraverunt, & minime quod
‘ quærebant reperientes, noviſſime ad illam Regio-
‘ nem quæ vocatur * Guoienit pervenerunt. Et
‘ illo luſtrante in montibus Heriri, [*id eſt Craig-eriri*
‘ *Incolis Snaudun Anglicè*] tandem in uno montium,
‘ locum in quo aptum erat arcem condere adeptus
‘ eſt. Et Magi ad illum dixerunt Arcem in iſto loco
‘ fac, quia tutiſſima à barbaris gentibus in æternum
‘ erit. Ipſe vero artifices congregavit, i. e. lapida-
‘ rios, [*&*] lapides & ligna congregaverunt: cum
‘ vero congregata eſſet omnis materia, in una nocte
‘ omnino ablata eſt, tribusque vicibus juſſit congre-
‘ gari & nuſquam comparuit.

‘ CAP. XLI. *Quomodo Rex* Vortigernus *Magos ſuos con-*
‘ *ſuluit, qui ei reſponderunt, dicentes, ſe non poſſe arcem*
‘ *ædificare, ni prius aſpergeretur ſanguine alicujus pueri, qui*
‘ *ſine patre conciperetur.*

TUNC

* In Northwalliam ſeceſſit, Incolæ Guinhediam, Latinè Venodotiam vocant. Horum meminit Pauſanias, ubi eos à Brigantibus invaſos ſcribit, regionem eorum *Genunian* forte ſcripſerat *Guentian*. Cod. Cott. legit Guent. GALE.

'TUNC Magos ſuos ad ſe accerſivit, iſtosque per-
'cunctatus eſt; quæ eſſet hæc cauſa malitiæ, &
'cur hoc eveniret? At illi reſponderunt, niſi in-
'fantem ſine patre inveneris, ut habeas qui occida-
'tur & arx de ſuo ſanguine conſpergatur, nunquam
'ædificabitur in æternum.

'CAP. XLII. *De Puero ſine patre quæſito & invento:*
'*quid de Stagno ſub terra poſito, vaſe, tentorio & draconi-*
'*bus, & eorum duellio prædixerit, & qualiter hæc omnia*
'*expoſuerit.*

'REX vero concite legatos ſuos ex conſilio Mago-
'rum miſit in univerſam Britanniam, *utrum* in-
'fantem ſine patre invenirent. At illi luſtrando
'omnes provincias regioneſque plurimas, venerunt
'ad † Campum Electi, qui eſt in regione quæ voca-
'tur † Gleviſing, & pila ludum agebant pueri. Et
'ecce duo inter ſe litigabant, dixitque alter alteri,
'O homo ſine patre bonum non habebis. Et illi
'de puero diligenter percunctantes ad pueros ejuſ-
'que matrem, ſi patrem haberet. At illa negavit
'& dixit, neſcio quomodo in utero meo eſt concep-
'tus, ſed unum ſcio quia virum non cognovi un-
'quam; & juravit illis patrem non habere. Time-
'bat ille ne occideretur à Rege iniquo, ideo patrem
'fateri noluit: qui legati ſecum eum duxere uſque
'ad Guorthigirnum Regem, quem inſinuaverunt
'Regi eum puerum ſic inveniri. In craſtino Conven-
'tio facta eſt, ut puer interficeretur: & puer dixit
'Regi; cur viri tui me ad te detulerunt? Cui Rex
'ait, ut interficiaris, & ſanguis tuus circa arcem
'iſtam aſpergatur, ut poſſit [*ſanguine*] ædificari. Re-
'ſpondit puer Regi, quis tibi demonſtravit hoc? Et
'Rex, Magi mei mihi dixerunt. Cui dixit puer,

'ad

'ad me vocentur: & invitati ſunt Magi, quibus &
'dixit, quis nobis revelavit ut iſta arx à ſanguine
'aſpergatur, & niſi aſpergatur à ſanguine meo
'nunquam ædificaretur? ſed hoc cognoſcam quis è
'vobis de me palam fecit. Et iterum puer dixit,
'modo tibi & enucleabo, Rex, & in veritate tibi
'omnia pandam, ſed ad Magos tuos percunctor, *
'quid in pavimento iſtius loci eſt? Placet enim ut
'tibi oſtendant quid ſub pavimento habetur: at illi
'dixerunt, neſcimus nos. Et ille dixit, ego compe-
'rior, ſtagnum in medio pavimenti eſt, venite &
'fodite & ſic invenietis; foderunt itaque & ſic inve-
'nerunt ut puer prædixerat. Iterum dixit ad Ma-
'gos, proferte mihi quid eſt in ſtagno? Magi ſilue-
'runt & non poterant revelare illi; at ille dixit illis,
'ego vobis propalabo; duo vaſa concluſa ſunt in
'eo, & ſic invenietis: venerunt & viderunt ſic. Et
'puer ad Magos dixit, quid in vaſis clauſum habe-
'tur? Et ipſi ſiluerunt, & non potuerunt revelare
'puero. At ille aſſerit, in medio eorum tentorium
'eſt, ſeparate ea & ſic invenietis. Et Rex ſeparari
'juſſit, & ſic inventum eſt tentorium complicatum
'ut dixerat. Iterum puer interrogavit Magos, quid
'eſt in medio tentorii? jam nunc enarrate; & non
'potuerunt. Dixitque puer, duo vermis ſunt in eo,
'unus albus & unus rufus. Tentorium nunc ex-
'pandite: & extenderunt, duoque vermes in eo dor-
'mientes

* Hæc multo fuſius ennarat MS. Cott. Fabulæ fœcundæ ſunt, Quis non videt omnia ficta eſſe ad ſolamen miſerorum Britonum, quos Saxones affligebant. Hinc illa, Gens noſtra ſurget, & gentem Anglorum trans mare viriliter dejiciet. Legebat auctor fabulæ in vero Gilda Draconum inſulam. Unde hic prognati ſunt duo dracones. Sed tædet iſta longius proſequi. GALE.

‹ mientes inventi ſunt. Et dixit puer, expectate &
‹ conſiderate quid facturi vermes ſunt. Evigilantes
‹ autem cœperunt alter alterum expellere inſimulque
‹ bellare; alius autem ſcapulas ſuas ponebat ut alte-
‹ rum uſque ad dimidium tentorii, aliquando uſque
‹ ad oram tentorii pellebat, & ſic pugnabant tribus
‹ vicibus. Tamen tandem qui infirmior videbatur
‹ vermis rufus poſtea fortior albo fuit, & extra finem
‹ tentorii pepulit; tunc victor ſuperatum ſecutus eſt
‹ trans ſtagnum, & tentorium, [*& albus*] evanuit.
‹ Poſt hoc puer Magos percunctatus eſt, quid ſigni-
‹ ficat hoc mirabile ſignum quod factum eſt in ten-
‹ torio? At illi reſponderunt, neſcimus. Et ait
‹ puer, En mihi revelatum eſt hoc myſterium, &
‹ ego vobis propalabo. Dixitque puer Regi, Regni
‹ tui eſt figura tentorii, duo vermes duæ ſunt gentes.
‹ Draco rufus, Draco tuus eſt, & ſtagnum figura
‹ eſt hujus mundi, at ille albus Draco, illius gentis
‹ eſt quæ occupavit regiones & gentes plurimas in
‹ Britannia, & pene à Mari uſque ad Mare tenebunt.
‹ Et poſtea noſtra gens ſurget, & gentem Anglorum
‹ trans Mare viriliter dejiciet.

‹ CAP. XLIII. *Qualiter Rex* Vortigernus Ambroſio *arcem*
‹ *dedit quam ædificare non potuit.*

‹ Tu ergo de iſta arce vade, quia ædificare eam
‹ non poteris, & multas provincias peragra, ut
‹ tutam arcem invenias, ego quidem hic manebo.
‹ Et Rex adoleſcenti dixit, quo nomine vocaris?
‹ Ille reſpondit, Ambroſius vocor, [*quod Britannice*
‹ Embreis † gleutic eſſe videbatur.] Dixitque Rex,
‹ de qua progenie ortus es? At ille, unus de Conſu-
‹ libus gentis Romanicæ eſt pater meus. Tunc Rex

‹ dedit

‘ad me vocentur: & invitati ſunt Magi, quibus &
‘dixit, quis nobis revelavit ut iſta arx à ſanguine
‘aſpergatur, & niſi aſpergatur à ſanguine meo
‘nunquam ædificaretur? ſed hoc cognoſcam quis è
‘vobis de me palam fecit. Et iterum puer dixit,
‘modo tibi & enucleabo, Rex, & in veritate tibi
‘omnia pandam, ſed ad Magos tuos percunctor, *
‘quid in pavimento iſtius loci eſt? Placet enim ut
‘tibi oſtendant quid ſub pavimento habetur: at illi
‘dixerunt, neſcimus nos. Et ille dixit, ego compe-
‘rior, ſtagnum in medio pavimenti eſt, venite &
‘fodite & ſic invenietis; foderunt itaque & ſic inve-
‘nerunt ut puer prædixerat. Iterum dixit ad Ma-
‘gos, proferte mihi quid eſt in ſtagno? Magi ſilue-
‘runt & non poterant revelare illi; at ille dixit illis,
‘ego vobis propalabo; duo vaſa concluſa ſunt in
‘eo, & ſic invenietis: venerunt & viderunt ſic. Et
‘puer ad Magos dixit, quid in vaſis clauſum habe-
‘tur? Et ipſi ſiluerunt, & non potuerunt revelare
‘puero. At ille aſſerit, in medio eorum tentorium
‘eſt, ſeparate ea & ſic invenietis. Et Rex ſeparari
‘juſſit, & ſic inventum eſt tentorium complicatum
‘ut dixerat. Iterum puer interrogavit Magos, quid
‘eſt in medio tentorii? jam nunc enarrate; & non
‘potuerunt. Dixitque puer, duo vermis ſunt in eo,
‘unus albus & unus rufus. Tentorium nunc ex-
‘pandite: & extenderunt, duoque vermes in eo dor-
‘mientes

* Hæc multo fuſius ennarat MS. Cott. Fabulæ fœcundæ ſunt, Quis non videt omnia ficta eſſe ad ſolamen miſerorum Britonum, quos Saxones affligebant. Hinc illa, Gens noſtra ſurget, & gentem Anglorum trans mare viriliter dejiciet. Legebat auctor fabulæ in vero Gilda Draconum inſulam. Unde hic prognati ſunt duo dracones. Sed tædet iſta longius proſequi. GALE.

‘mientes inventi ſunt. Et dixit puer, expectate &
‘conſiderate quid facturi vermes ſunt. Evigilantes
‘autem cœperunt alter alterum expellere inſimulque
‘bellare; alius autem ſcapulas ſuas ponebat ut alte-
‘rum uſque ad dimidium tentorii, aliquando uſque
‘ad oram tentorii pellebat, & ſic pugnabant tribus
‘vicibus. Tamen tandem qui infirmior videbatur
‘vermis rufus poſtea fortior albo fuit, & extra finem
‘tentorii pepulit; tunc victor ſuperatum ſecutus eſt
‘trans ſtagnum, & tentorium, [*& albus*] evanuit.
‘Poſt hoc puer Magos percunctatus eſt, quid ſigni-
‘ficat hoc mirabile ſignum quod factum eſt in ten-
‘torio? At illi reſponderunt, neſcimus. Et ait
‘puer, En mihi revelatum eſt hoc myſterium, &
‘ego vobis propalabo. Dixitque puer Regi, Regni
‘tui eſt figura tentorii, duo vermes duæ ſunt gentes.
‘Draco rufus, Draco tuus eſt, & ſtagnum figura
‘eſt hujus mundi, at ille albus Draco, illius gentis
‘eſt quæ occupavit regiones & gentes plurimas in
‘Britannia, & pene à Mari uſque ad Mare tenebunt.
‘Et poſtea noſtra gens ſurget, & gentem Anglorum
‘trans Mare viriliter dejiciet.

‘CAP. XLIII. *Qualiter Rex* Vortigernus Ambroſio *arcem*
‘*dedit quam ædificare non potuit.*

‘Tu ergo de iſta arce vade, quia ædificare eam
‘non poteris, & multas provincias peragra, ut
‘tutam arcem invenias, ego quidem hic manebo.
‘Et Rex adoleſcenti dixit, quo nomine vocaris?
‘Ille reſpondit, Ambroſius vocor, [*quod Britannice*
‘Embreis † gleutic eſſe videbatur.] Dixitque Rex,
‘de qua progenie ortus es? At ille, unus de Conſu-
‘libus gentis Romanicæ eſt pater meus. Tunc Rex

‘dedit

'dedit illi arcem cum omnibus Provinciis plagæ
'[Occidentalis] Britannicæ. Et ipſe cum Magis ſuis
'ad ſiniſtralem plagam pervenit, & uſque ad Regio-
'nem quæ vocatur † Guenneſi affugit, & urbem
'quæ vocatur nomine ſuo Cair-Guorthigirn ædifica-
'vit. [*Guaſmoric juxta Lugubaliam ibi ædificavit, urbem*
'*ſcil: quæ Anglice Palmecuſtre dicitur.*]

'CAP. XLIV. *De* Vortemir *filio* Vortigerni *Regis, qua-*
'*liter* Saxones *cum Principibus eorum, interfecto* Hors,
'*viriliter pepulit, & per quinquennium abegit.*

INTEREA Guortemir filius Guorthigirni cum Hengiſt & Horſo & illorum gente potenter pugnabat, & eos uſque ad [*ſupradictam*] inſulam quæ dicitur † Taneth expulit, illoſque illic tribus vicibus concluſit, percuſſit, obſedit, comminuit, terruit. Ipſi itaque legatos trans Mare uſque in Germaniam miſerunt, vocando Chiulas cum ingenti numero virorum bellatorum & [*virorum*] fortium. Et poſtea pugnabant contra Reges gentis noſtræ: aliquando vincebant, & dilatabant terminos ſuos; aliquando vincebantur & expellebantur. Et Guorthemir qua-
'tuor bella contra eos avida geſſit. [*Iſte Guorthimir*
'*filius Guorthigirni in Synodo habita apud Guartherniaun,*
'*poſtquam nefandus Rex, ob inceſtum quem cum filia com-*
'*miſerat, à facie Germani & Clericorum Britanniæ in fu-*
'*gam iret, patris nequitiæ conſentire noluit: ſed rediens*
'*ad ſanctum Germanum ad pedes ejus cecidit veniam poſtu-*
'*lans, atque pro illata à patre ſuo & ſorore ſancto Germano*
'*calumnia, terram ipſam, in quæ prædictus Epiſcopus ob-*
'*probium tale ſuſtinuit, in æternum ſuam fieri ſanxivit.*
'*Unde & in memoriam ſancti Germani* Guarenniaun *no-*
'*men accepit, quod Latine ſonat calumnia juſte retorta;*

'*quoniam*

quoniam cum Epiſcopum vituperare putaverat, ſemet ipſum vituperio affecit. Guortemir vero accepto regno hoſtibus viriliter obſiſtit, qui tantæ magnitudinis eſſe & virtutis dicebatur, ut ſiquando iratus in bello dimicaret, accepta arbore cum frondibus funditus extirparet, & cum ea ſolotenus adverſarios proſterneret: cum tali ille arbore Horſam ſatellitem bellicoſum confractis in alterutrum armis pene defectis viribus proſtravit, cæteroſque in fugam verſos ut ſtipulas terræ allidit, & ex omnibus finibus Britanniæ expulit, & per quinquennium poſtea inſulam intrare non audebant uſque ad obitum Guortimir.]

CAP. XLV. *De tribus bellis principalibus; quæ* Vortemir *contra* Saxones *geſſit: & quid moriens de ſe ſepeliendo præceperit.*

PRIMUM bellum ſuper flumen † Derevent. Secundum, ſuper Vadum quod dicitur in lingua eorum † Episfotd, in noſtra autem lingua *Sathenegabail.* Et ibi cecidit Horſa cum filio Guorthigirn, cujus nomen erat Catigirnus. † Tertium bellum in Campo juxta lapidem tituli, qui eſt ſuper ripam Gallici Maris, ſtatutum; & barbari victi ſunt, illeque victor fuit, & ipſi in fugam uſque ad Chiulas ſuas reverſi ſunt, in eas muliebriter intrantes. Ille autem poſt [*modicum*] intervallum temporis mortuus eſt: & ante mortem ſuam ad familiam ſuam animadvertit, ut illius Sepulchrum in portu ponerent, à quo exirent [*Saxones*] ſuper Maris ripam, in quo vobis commendo: quamvis in alia parte portum Britanniæ teneant, & habitaverunt, tamen in iſta terra in æternum non manebunt. Illi autem mandatum ejus contempſerunt, & eum in loco in quo imperaverat illis non ſepelierunt: in Lincolnia enim ſepultus

pultus eſt. At ſi mandatum ejus tenuiſſent, procul-dubio per orationes ſancti Germani quicquid petierant obtinuiſſent. At barbari magnopere reverſi ſunt ; cum Guortigirnus amicus illorum erat pro uxore ſua, [*quam adeo diligebat, ut nullus audebat contra eos pugnare, quia blande deliniebant regem imprudentem, viperino tamen corde dolum agentes*] & nullus illos abigere ultra audacter valuit. Quia non de virtute ſua Britanniam occupaverunt, ſed nutu divino ; [*& propter peccata Britonum maxima, Deo ſic permittente,*] contra voluntatem Dei quis reſiſtere nitatur ? Sed quomodo voluit, Dominus fecit, & ipſe omnes gentes gubernat & regit.

'CAP. XLVI. *Qualiter poſt obitum* Vorthemir, Vortiger-'nus *iterum* Saxones *recepit*, *& de ſimulata pacis concordia* '*per* Saxones *erga* Britones.

FACTUM eſt autem poſt mortem Guorthemir Regis Guortigirni filii, & poſt reverſionem Hengiſti cum ſuis turmis, fallax conſilium hortati ſunt, ut dolum Guortigerno eum exercitu ſuo facerent. At illi legatos ut pacem impetrarent miſerunt, & ut perpetua amicitia inter illos fieret : & Vortigirnus cum ſuis majoribus natu conſilium fecerunt, & ſcrutati ſunt quid facerent ; tandem conſilium omnibus fuit ut pacem facerent : Legati Saxonum reverſi ſunt : poſtea vero conventum adduxerunt, ut ex utraque parte Britones & Saxones in unum ſine armis convenirent ſtatutum eſt, & amicitia firma ad invicem [*eſſet.*]

'CAP. XLVII. *Quomodo ipſe* Vortigernus *dolo à* Saxo-'nibus *captus fuerit*, *& ſuggeſtione* Hengiſti Vortigernum '*redimere ſe ſolum coegerunt*, *& quas terras pro redemptione* '*ſua*

'*ſua acceperint*, & *qua fraudulentia* Saxones *cultellis* Brito-
'nes *viros optimos occiderunt.*

HENGISTUS nequiſſimus 'latente autem ſub ſpecie pacis doloſa machinatione, [Hengiſtus] 'ex ſuis totidem elegit, ſcilicet CCC milites, ini-'toque cum eis conſilio prædixit eis, ut unusquiſ-'que artavum ſuum in ſicone ſub pede ſuo pone-'ret, & milites Regis ad convivium venientes inter 'ſe miſcerent, & quando clamavero ad vos & dixe-ro, En Saxones *Nimed Eure Saxes*, id eſt, cultellos veſtros de ſiconibus veſtris deducite, & in illos irruite, & fortiter contra reſiſtite; Regemque eorum nolite occidere, ſed eum, pro cauſa filiæ meæ, quam dedi illi in conjugium, tenete: quia melius eſt nobis ut ex manibus noſtris redimatur, [*quam ut occidatur.*] Et conventum adduxerunt, & in unum convenerunt: Saxones autem amicabiliter locuti ſunt, & mente interim vulpino more age-bant, & vir juxta virum ſocialiter ſederunt. Et Hengiſtus ſicut dixerat vociferatus eſt, & omnes ſeniores CCC Guortigerni Regis ſunt jugulati; ip-ſeque ſolus captus & catenatus eſt; ac regiones plurimas pro redemptione animæ ſuæ tribuit illis, id eſt, Eaſt-Sexæ, Suth-Sexæ, Midel-Sexæ, [ut ab illicita conjunctione ſe ſepararet.]

'CAP. XLVIII. *De ſecundo adventu ſancti* Germani *in* 'Britanniam, & *qualiter fugientem* Vortigernum *ut ei* '*fidem prædicaret*, *ſanctus* Germanus *ſolicite ſubſecutus* '*ſit*, & *nocte igne de cœlo cadente Rex in arce cum ſuis* '*exuſtus fuit.*

'SANCTUS vero Germanus Guorthigirno prædi-
'cabat, [*ut ab illicita filiæ propriæ commixtione alie-*
'*num ſe faceret*] & ad Dominum ſe converteret: at
'ille uſque ad regionem, quæ à nomine ſuo acce-
'perat nomen, ſc. Guorthigirnianum, miſerabiliter
'aufugit, ut ibi cum mulieribus ſuis lateret. Sanctus
'itaque Germanus eum perſecutus eſt; cum omni
'Clero Britonum, & ibi XL. diebus totidemque
'noctibus manſit, & ſuper petram orabat, ibique
'die ac nocte ſtabat. Et interim Guortigirnus uſque
'ad arcem Guortigirni, quam ædificaverat & no-
'men ſuum impoſuerat, [*i. e. Din Gurtigirn*,] atque
'in regione Dimetorum juxta flumen † Teibi igno-
'minoſe abſceſſit. Solito autem more ſanctus Ger-
'manus eum ſecutus eſt, & ibi jejunus cum omni
'Clero ſuo tribus diebus totidemque noctibus cauſa-
'liter manſit; in quarta vero nocte Arx tota, circa
'mediæ noctis horam, per ignem de cœlo miſſum
'ex improviſu cecidit, ardente igne cœleſti, &
'Guorthigirnus, cum omnibus qui cum eo erant,
'& cum uxoribus ſuis defecit: hic eſt finis Guorthi-
'girni, ſicut in libro beati Germani reperi, alii au-
'tem aliter dixerunt.

'CAP. XLIX. *Quod quædam aſſertio ſit, quod cor ejus*
'*ex dolore crepuerit.*

'POSTQUAM exoſi fuerunt illi omnes gentis ſuæ
'pro piaculo ſuo inter potentes & impotentes,
'inter ſervum & liberum, inter Monachos & laicos,
'inter parvum & Magnum, & ipſe dum de loco ad
'locum vagus iret, tandem cor ejus crepuit, & de-
'functus eſt non cum laude.

'CAP.

'CAP. L. *Item, aliorum opinio aſtruit quod terra eum 'deglutiverit, cum nihil de eo, vel ſuis reſiduum inveniri 'in terra potuerit.*

'ALII autem dixerunt terram apertam eſſe, quæ 'eum deglutivit, in nocte in qua combuſta eſt 'Arx circa eum, quia non ſunt inventæ ullæ reli-'quiæ illorum qui combuſti ſunt cum eo in Arce.

'CAP. LI. *Quod quatuor filios* Vortigernus *habuerit, & 'de ſancto* Fauſto *quem de filia ſua genuerit.*

TRES filios habuit, quorum nomina hæc ſunt, Guorthemir qui pugnavit contra barbaros, ut ſupra (cap. 44.) ſcripſi. Secundus Cantegirnus. Tertius Paſcent, qui regnavit in duabus Regionibus, i. e. † Buelt & Guortigermanum, poſt mortem patris ſui, largiente [*ſuffragium*] Ambroſio; qui fuerat Rex magnus inter omnes regiones Britanniæ. Quartus fuit Fauſtus, qui illi de filia ſua natus eſt, quem ſanctus Germanus baptizavit, enutrivit, atque docuit; & condidit locum magnum ſuper ripam fluminis, quod vocatur Renis, [*& ſibi conſecravit,*] & manet uſque hodie: & unam habuit filiam, quæ ut diximus mater fuit ſancti Fauſti [*ſecundi.*]

'CAP. LII. *De* Vortigerni *progenie, & retrograda proa-'vorum, tritavorum, & atavorum ejusdem ſerie.*

'HÆC eſt * genealogia illius quæ ad initium 'retro currit. † Firmwail. Ipſe eſt qui regit

* Hæc Genealogia addita fuiſſe videtur à Samuele Ego ſuſpicor Guortigernum fuiſſe genere Pictum, vel Scytham; qui Pictorum ope ad regnum pervenerit. GALE.

‘modo in regione Guortigirmanum : filius eſt † ‘Theudubr. Ipſe Theudubr eſt Rex Buelth regio‘nis : Theudubr filius Paſcent † Mac Apguocan, ‘Mac Moriud , Mac Eldat , † Mac Eldoe , Mac ‘Paul , † Mac Mepric , † Mac Briecat , † Mac ‘Paſcent , Mac Guorthigirn , Mac Guortheneu, ‘Mac Guitaul, Mac Guitolin, * Mac Ap Glovi, ‘[*Dagueſti*,] bonus Paulus Mauron. [*Tres fratres fue‘runt filii Gloui , qui ædificavit urbem magnam ſuper ‘ripam fluminis Sabrinæ , quæ vocatur Britannico Sermone ‘Cair-Gloui, *Saxonice autem* Glouceſtre.] Satis dictum ‘eſt de Guorthigerno , & de regno ſuo , & de ‘gente ejus.

‘CAP. LIII. *De reditu ſancti* Germani, *& captivitate ‘ſancti* Patricii ; *& quomodo* Romam *ierit & plura didi‘cerit ; &* Paladius Scotis *prædicaturus apud* Pictos *obie‘rit.*

BEATUS vero Germanus reverſus eſt poſt mortem Guorthigirni ad patriam ſuam; & ſanctus Patricius erat in illo tempore captivus apud Scotos, & Dominus illius dicebatur † Melchu, & porcarius cum illo erat [*VII annos* ,] & in XVII. anno ætatis ſuæ de captivitate reverſus eſt, & nutu Dei eruditus eſt in ſacris literis. Ac poſt Romam uſque perrexit, & per longum ſpatium ibidem manſit ad legendum ſcrutandaque myſteria Dei , ſanctaſque percurrit Scripturas. Nam cum ibi eſſet per annos plurimos , miſſus eſt Palladius Epiſcopus † primitus

à

* *Mac Glovida , qui fuit filius Paul Maurion , tres fuerunt fratres Glouii , qui ædificavit &c.* Cott. & Gild. Ego quæ reperi , ut potui, repræſentavi. GALE.

à Celeſtino Papa Romano ad Scotos † in Chriſtum convertendos, qui prohibitus *eſt* à Deo per quaſdam tempeſtates, quia nemo poteſt quicquam accipere in terra niſi de cœlo datum illi fuerit. Et profectus eſt ille Palladius de Hibernia, pervenitque ad Britanniam, & ibi defunctus eſt in terra Pictorum.

‹ CAP. LIV. *Quod Angelo monente ad* Scotos *converten-*
‹ *dos Sanctus* Patricius *miſſus ſit.*

AUDITA morte Palladii Epiſcopi, [*alius Legatus*] Patricius, Theodoſio & Valentiniano regnantibus, à Celeſtino Papa Romano [& Angelo Dei, cui nomen erat Victor, monente & Germano ſancto Epiſcopo] ad Scotos † convertendos in Chriſtum mittitur.

‹ CAP. LV. *Ubi & à quibus ſanctus* Patricius *Epiſcopus*
‹ *ordinatus ſit, ubique nomen ſuum immutaverit.*

MISIT ergo ſanctus Germanus cum illo ſeniorem † Segerum Epiſcopum ad [† A]matheum Regem in propinquo habitantem. Ibi ſanctus [*Patricius*] erat ſciens omnia quæ ventura eſſent, [illi, &] illic gradum Epiſcopalem à Matheo Rege & à ſancto Epiſcopo accepit, nomenque quod eſt Patricius ſumpſit ibi, quia † Maun prius vocabatur. † Agrilius presbyter, & † Yſerninus diaconus, & cæteri inferiori gradu ſimul cum eo ordinati ſunt.

‹ CAP. LVI. *Quod prius* Britonibus *prædicaverit, &*
‹ *deinde in* Hiberniam *migraverit.*

‘modo in regione Guortigirmanum : filius eſt †
‘Theudubr. Ipſe Theudubr eſt Rex Buelth regio-
‘nis : Theudubr filius Paſcent † Mac Apguocan,
‘Mac Moriud, Mac Eldat, † Mac Eldoe, Mac
‘Paul, † Mac Mepric, † Mac Briecat, † Mac
‘Paſcent, Mac Guorthigirn, Mac Guortheneu,
‘Mac Guitaul, Mac Guitolin, * Mac Ap Glovi,
‘[*Dagueſti*,] bonus Paulus Mauron. [*Tres fratres fue-*
‘*runt filii Gloui, qui ædificavit urbem magnam ſuper*
‘*ripam fluminis Sabrinæ, quæ vocatur Britannico Sermone*
‘Cair-Gloui, *Saxonice autem* Glouceſtre.] Satis dictum
‘eſt de Guorthigerno, & de regno ſuo, & de
‘gente ejus.

‘CAP. LIII. *De reditu ſancti* Germani, *& captivitate*
‘*ſancti* Patricii; *& quomodo* Romam *ierit & plura didi-*
‘*cerit; &* Paladius Scotis *prædicaturus apud* Pictos *obie-*
‘*rit.*

BEATUS vero Germanus reverſus eſt poſt mortem Guorthigirni ad patriam ſuam; & ſanctus Patricius erat in illo tempore captivus apud Scotos, & Dominus illius dicebatur † Melchu, & porcarius cum illo erat [*VII annos*,] & in XVII. anno ætatis ſuæ de captivitate reverſus eſt, & nutu Dei eruditus eſt in ſacris literis. Ac poſt Romam uſque perrexit, & per longum ſpatium ibidem manſit ad legendum ſcrutandaque myſteria Dei, ſanctaſque percurrit Scripturas. Nam cum ibi eſſet per annos plurimos, miſſus eſt Palladius Epiſcopus † primitus

à

* *Mac Glovida, qui fuit filius Paul Maurion, tres fuerunt fratres Glouii, qui ædificavit &c.* Cott. & Gild. Ego quæ reperi, ut potui, repræſentavi. GALE.

à Celeſtino Papa Romano ad Scotos † in Chriſtum convertendos, qui prohibitus *eſt* à Deo per quaſdam tempeſtates, quia nemo poteſt quicquam accipere in terra niſi de cœlo datum illi fuerit. Et profectus eſt ille Palladius de Hibernia, pervenitque ad Britanniam, & ibi defunctus eſt in terra Pictorum.

‹ CAP. LIV. *Quod Angelo monente ad* Scotos *converten-*
‹ *dos Sanctus* Patricius *miſſus ſit.*

AUDITA morte Palladii Epiſcopi, [*alius Legatus*] Patricius, Theodoſio & Valentiniano regnantibus, à Celeſtino Papa Romano [& Angelo Dei, cui nomen erat Victor, monente & Germano ſancto Epiſcopo] ad Scotos † convertendos in Chriſtum mittitur.

‹ CAP. LV. *Ubi & à quibus ſanctus* Patricius *Epiſcopus*
‹ *ordinatus ſit, ubique nomen ſuum immutaverit.*

MISIT ergo ſanctus Germanus cum illo ſeniorem † Segerum Epiſcopum ad [† A]matheum Regem in propinquo habitantem. Ibi ſanctus [*Patricius*] erat ſciens omnia quæ ventura eſſent, [illi, &] illic gradum Epiſcopalem à Matheo Rege & à ſancto Epiſcopo accepit, nomenque quod eſt Patricius ſumpſit ibi, quia † Maun prius vocabatur. † Agrilius presbyter, & † Yſerninus diaconus, & cæteri inferiori gradu ſimul cum eo ordinati ſunt.

‹ CAP. LVI. *Quod prius* Britonibus *prædicaverit, &*
‹ *deinde in* Hiberniam *migraverit.*

TUNC acceptis benedictionibus, perfectisque omnibus, in nomine Sanctæ Trinitatis paratem aſcendit navim, & pervenit ad Britanniam Inſulam, & prædicavit ibi non multis diebus: & † amiſſis omnibus ambulandi anfractibus, ſumma velocitate flatuque poſpero Mare Ibernicum transfretavit; † onerata vero navi, cum transfretaret hoc Mare Magnum, mirabilibus & ſpiritualibus theſauris, perrexit ad Iberniam & baptizavit eos.

'CAP. LVII. *Quo anno Incarnationis Dominicæ incœ-*
'*pit ibi prædicare, vel cujus Regis tempore & quot an-*
'*nos prædicaverit, vel quanta miracula perpetraverit.*

A Mundi principio usqve ad baptiſmum Hibernenſium V. CCC. XXX. (5643) anni ſunt. In quinto Loigere Regis [*Hiberniæ*] anno exorſus eſt Patricius prædicare † fidem Dei. Sanctus itaque Patricius Evangelium Chriſti exteris nationibus per annos XL prædicabat, virtutes Apoſtolicas faciebat, cæcos illuminabat, leproſos mundabat, ſurdos audire faciebat, Dæmones ex obſeſſis corporibus fugabat mortuos IX ſuſcitavit, captivos multos utriuſque ſexus ſuis propriis ſumptibus redemit.

'CAP. LVIII. *Quæ ſcripſerit, quot Epiſcopos Eccle-*
'*ſiæ vel Preſbyteros conſecraverit: qvot Reges & hominum*
'*millia baptizaverit, & ubi per dies quadraginta jejuna-*
'*verit & oraverit.*

SCRIPSIT abietoria CCCLXV. & eo amplius numero. Eccleſias quoque eodem numero fundavit CCCLXV. Ordinavit Epiſcopos eodem numero CCCLXV. & eo amplius, in quibus ſpiritus Dei erat. Presbyteros autem usque tres mille ordinavit

navit; & XII millia hominum in una Regione, quæ vocatur † Connachta, ad fidem Chriſti convertit & baptizavit; & ſeptem Reges; qui erant filii Amolgith, in uno die baptizavit: XL diebus, totidemque, noctibus, in cacumine collis Eli jejunavit, [id eſt † *Cruachaneli*:] in quo colle in aere [*manente*] tres petitiones pro his Hibernenſibus, qui fidem Chriſti receperint, clementer poſtulavit.

'CAP. LIX. *Quod tres peritiones in acervo* Ely *à Do-*
'*mino impetraverit, & in ſpecie avium animas* Hiber-
'nenſium *fidelium ad ſe conveniſſe viderit.*

PRIMA ejus petitio fuit, [ut fertur à Scotis,] quod unusquisque ſuſciperet pœnitentiam credentium, licet in extremo vitæ ſuæ ſtatu: ſecunda, ne à barbaris conſumarentur in æternum. Tertia, ut non ſupervivat aliquis Hibernenſium in adventu judicii, quia delebitur aqua, pro honore ſancti Patricii; † VII annis ante diem judicii. In illo autem tumulo benedixit populo Hibernenſium; & ideo aſcendit ut oraret pro eis, & videret fructum laboris ſui: veneruntque ad eum aves multi coloris innumerabiles, ut benediceret eis. Quod ſignificat omnes Scotos utriusque ſexus Hibernenſium pervenire ad eum in die judicii, ad Patrem & Magiſtrum ſuum, ut ſequantur illum ad judicium. Poſtea in ſenectute bona migravit ad Dominum, ubi nunc lætatur in ſecula ſeculorum. Amen.

'CAP. LX. *Quod quatuor, & quibus modis ſanctus*
'Patricius Moyſi *Legislatori comparetur & æquiparetur.*

QUATUOR modis æquantur Moyſes & Patricius. Primo, id eſt, Angelo ſibi colloquente in rubo igneo *. Secundo, in Monte XL noctibus jejunavit. Tertio, ſimiles fuerunt ætate CXX annis. Quarto, ſepulchrum illius non invenitur, ſed in occulto humatus eſt, nemine ſciente. Quindecim annis in captivitate, in vigeſimo quinto anno ab Amatheo ſancto Epiſcopo ſubrogatur * *. Octoginta quinque annorum in Hibernia prædicavit. Res autem exigebat amplius loqui de ſancto Patricio, ſed tamen pro compendio ſermonis volui breviare.

[*Hic expliciunt geſta Britonum à Nennio conſcripta* (α)]

'CAP.

* Cætera quæ hic de Patricio ſequuntur, penſiculatius tractata videas ab Eruditiſſimo Armachano Archiep. Ant. Brit. cap. 17.

a) *Hic expliciunt geſta Britonum à Gilda ſapiente compoſita.* Sic Codd. Cott. duo.

* * Quæ ſequuntur excerpta ſunt è quodam Nennii MSS. D. Uſſerii Archiepiſcopo Armach. cap. 17. ante hæc verba *Res autem exigebat &c.* Quæ & in MSS. Cant. nec non Cottonienſi omiſſa ſunt. Et ex eodem libro Archiep. Armach. conſulto lineis tranſverſis expunguntur; ut videat tamen Lector qualia ſint, eadem con-
'ſcripta hic poſui. —— LXXXV annorum in Hibernia
'prædicavit. (*Hic ut mihi videtur contradicit ſibimetipſi; ſed*
'*aliter audivimus & ſcriptum reperimus: Quadragenarius*
'*erat quando de Captivitate exivit, & per XL annos didicit*
'*& Deo ſervivit, & XL prædicavit, in his tribus Quadra-*
'*genariis vero maxime, Patricius æquatur Moſi; ſicut Mo-*
'*ſes*

'CAP. LXI. *De morte* Hengiſti, *& quod poſt ejus obitum*
'Octa *filius ejus tenuit Regnum* Cantuarienſium.

'IN illo tempore SAXONES invaleſcebant, & creſ-
'cebant non modice in BRITANNIA. Mortuo au-
'tem Hengiſto, Ochta filius ejus tranſivit de ſini-
'ſtrali parte Britanniæ ad Regnum Cantuariorum,
'& de ipſo orti ſunt Reges illius patriæ. Artur pugna-
'bat contra illos in illis diebus, videlicet Saxones
'cum Regibus Britonum, [*& licet multi populi nobiliores*
'*eſſent ipſe tamen duodecies Dux belli fuit victorque*
'Bellorum :] & in omnibus bellis victor exti-
'tit. [*Artur, Latinè translatum, ſonat urſum horribilem,*
'*vel malleum ferreum,* [*quo franguntur*] *molæ leonum.*
'*Mabuter, Brittannicè, filius horribilis, Latinè; quoni-*
'*am a pueritia ſua crudelis fuit.*]

I 5 CAP.

'*ſes XL annos in Domo Pharaonis & velut in Captivitate,*
'*& XL in exilio in terra Madian & XL in Prædicatione &*
'*in ducatu Populi, ita Patricius XL in exilio inter Gallos, &*
'*XL in prædicando, & miracula faciendo, atque reſiſtendo Loi-*
'*geri Regi & ejus Magis, ſicut Moſes Pharaoni & ejus Magis,*
'*viriliter & indefeſſe ſervivit Deo. Nam bene poteſt fieri,*
'*illum in Captivitate fuiſſe, per XV annos, & XL egreſ-*
'*ſum fuiſſe. Sed hic alter de Moiſe quadragenarius fuit,*
'*quando de Ægypto exivit in fugam, & ad Ægyptum, poſt*
'*XL annos, propter populum Dei miſſus rediit. Et ipſe*
'*Patricius quadragenarius erat, quando de Roma in fugam*
'*exivit, & poſt XL annos, miſſus ad populum Dei eripi-*
'*endum de manu Diaboli, ad Hiberniam rediit, & uterque*
'*per XL annos in ſtudio Prædicationis manſerunt: & ſimili*
'*fias & jejuno diſſimili. Res autem exigebat &c. Hæc*
'*eadem legas in Cod. Bened. Cantab.* GALE.

'CAP. LXII. *De* Arturo *Rege belligero, & de duodecim bellis quæ adverſus Saxones habuit. Et de Imagine ſanctæ Mariæ in qua triumphaverit, & quot adverſariorum uno impetu proſtravit.*

'PRIMUM bellum fuit in Oſtium fluminis quod 'dicitur † *Glam.* Secundum & Tertium & Quar'tum & Quintum ſuper [aliud] flumen, quod voca'tur † *Duglas*, quod eſt in † Linuis. Sextum [bel'lum] ſuper flumen quod vocatur *Baſſas*. Septimum '[bellum fuit] in † ſilva Calidonis, id eſt *Catcoit* '*Celidon.* Octavum fuit bellum in Caſtello Gunni'on, in quo Arthur portavit imaginem [Crucis 'Chriſti, &] ſanctæ Mariæ ſemper virginis, ſuper 'humeros ſuos: & Pagani verſi ſunt in fugam in 'illo die: & multi ceciderunt, plagaque magna ſu'per eos venit per virtutem Domini noſtri Jeſu 'Chriſti, ſanctæque ſuæ genetricis, [*Nam Arthur* '*Ieroſolimam perrexit, & ibi crucem ad quantitatem Saluti*'*feræ Crucis fecit, quæ ibi conſecrata eſt; & per tres con*'*tinuos dies jejunavit, vigilavit, & oravit coram Cruce* '*Dominica, ut ei Dominus victoriam daret per hoc ſignum* '*de Paganis; quod & factum eſt; cujus fractæ adhuc a*'*pud Wedale in magna veneratione ſervatur. Wedale,* '*Anglicè: Vallis doloris, Latinè: Wedale eſt Villa in* '*Provincia Lodoneſie, nunc vero juris Epiſcopi ſancti An*'*dreæ Scotiæ, VI milliaria ab occidentali parte, ab illo* '*quondam nobili & eximio Monaſterio de Meilros.*] No'numque bellum geſtum eſt in urbe † Legionis [*quæ* '*Brittannice dicitur Kaer leun*] Decimum [bellum ge'ſtum eſt] in littore fluminis quod vocatur † Ri'broit. Undecimum * fuit Bellum in monte Ba'do-

* Undecimum fuit in monte, qui dicitur Agned Cath-

'donis, [*in quo corruerunt uno die* DCCCXL *viri de uno* 'impetu ARTUR, *& nemo eos proſtravit niſi ipſe ſolus.*,]

'CAP. LXIII. *Quod Saxones ſemper & ſine intermiſſione de* 'Germania *contra* Britones *auxilium petebant, & multiplici-* 'ter *augebantur, & ſecum Reges ut regnarent ſuper eos dedu-* 'cebant, *usque* Ida, *qui primus regnavit in* Bernicia.

'IPSI vero Barbari, dum in omnibus bellis pro- 'ſternerentur, auxilium à Germania petebant, & 'augebantur multipliciter ſine intermiſſione, & Re- 'ges à Germania deducebant ut regnarent ſuper eos 'in * Britannia. Et regnabant usque ad tem- 'pus quo Ida filius Eobba regnavit, qui fuit pri- 'mus Rex in Bernicia, id eſt, Iberneich [*de gente Sax-* 'onum.]

'CAP. LXIV. *De* Ida *primo* Northumbrorum *Rege, &* 'ejus *genere, & de ſancti* Paulini *Archiepiſcopi baptiſmate.*

'IDA ** filius Eobba tenuit Regiones in ſiniſtrali 'parte Humbri Maris XII annis, & junxit arcem, 'id eſt, Din-Guirin & Gurbirneth: quæ duæ regio- 'nes fuerunt in una regione, id eſt, † DEIRA-

'BER-

Cath-Regenion. ibidem in Marg. in Sumerſeteshire, quem nos Cath-bregion appellamus, Codd. Gild. Cant. & Cott. Lhuydo, Edenborrow. Priſe pro Agned legit Aſſuet. NB. Hæc prælia ſimul ennumerata geſta videntur ſpacio XL annorum & amplius, & licet hîc omnia videantur Arturo tribui, tamen geſta fuere ſub Vortigernò, Aurelio Ambroſio, & aliis.

* Hic deſinunt Codd. Cott A. & B. alii ab iis, quos ſupra ad cap. LX finiviſſe diximus. GALE.

** Totum hoc Caput deeſt in Gild. Cant. & Cottonia-

'BERNETH, Anglice DEIRA, & BERNICIA.
'[WODEN genuit Beldeg, genuit [*Brand*, *genuit*] Be-
'or-nec, [*genuit Beorno*] genuit Gethbrond, [*genuit Inge-*
'*brandus*,] genuit Aluſon, genuit Inguet, genuit [Ingen-
'geat, genuit,] Edibrith, genuit Oſſa, genuit Eobba,
'genuit Ida. IDA autem XII filios habuit, quorum
'nomina fuerunt, Adda, Eadldric, Deodric, Edric,
'Deothere, Osmer, & unam Reginam Beornoch,
'(*Oga*, *Ecca*, *Oswald*,) Ealric. (*Sogoe*, *& Sogother.*)
'Ealdred genuit Eadlfret, ipſe eſt Eadlfret Fleſaur:
'nam & ipſe habuit filios ſeptem, quorum nomina
'fuerunt, Anfrid, Osgnat, Osbui, Osguid, Osgudu,
'Oslapf, Offa: Osguid genuit Alcfrid, & Alfgunn
'& Echfrid; Echfrid ipſe eſt qui fecit bellum con-
'tra fratruelem ſuum, qui erat Rex Pictorum nomi-
'ne † Birdei, & ibi corruit cum omni robore exer-
'citus ſui, & Picti cum Rege ſuo victores extite-
'runt: & nunquam addiderunt Saxones Ambronem
'ut à Pictis vectigal exigererent à tempore iſtius bel-
'li, vocatur † Guerchlum Garan. Osguid autem
'habuit duas uxores, quarum una vocabatur Nem-
'medt, filia Roith, filii Rum; & altera vocabatur
'Eanfled, filia Eadguin, filii Alii. HENGIST ge-
'nuit Octha, genuit Oſſa, genuit Eormoric, genu-
'it Ealdberht, genuit Ealdbald, genuit Ercun-
'berht, *qui* genuit Ecgberth. WODEN genuit
'Caſſer, genuit Titinon, genuit Trigil, genuit
'Rodnum, genuit † Kippan, genuit Guithelm, Gue-
'chan. Ipſe primus regnavit in Britannia ſuper
gen-

tonianis quibusdam codicibus. Nimirum hæc non poterunt à Nennio ſcribi, quoniam quædam ſunt temporum inferiorum. Et ſane videntur eſſe fragmenta Chronologiæ Saxonicæ minime contemnenda; obſcure interim & vitioſe admodum congeſta. GALE.

'gentem Eaſtanglorum. Gueca genuit Guffan, ge-
'nuit Tidil, genuit Ecni, genuit Edric, genuit Al-
'dulfh, genuit Elric. WODEN genuit Guedolge-
'at, genuit Gueagon, genuit Guithlig, genuit
'Guerdmund, genuit Oſſa, genuit Origon, genuit
'Eamer, genuit Pubba. Ipſe Pubba habuit IX
'filios, quorum duo mihi notiores ſunt quam alii,
'id eſt, Penda & Eaua, Eadlrit filius Pantha, † Pen-
'da filius Pubba. Ecgfrid filius Offa, filius Clum,
'Inferth filius Eandalf, filius Oſſulfn, filius Eaua,
'filius Pubba. WODEN genuit Beldeyg, [*genuit*]
'Brond, genuit Siggar, genuit Sibald, genuit Ze-
'gulfh, genuit Soemil. Ipſe primus ſuperavit †
'Deur Oberneich. Soemil genuit Sguerthing, ge-
'nuit Guilglis, genuit Ulfrean, genuit Iffi, genuit
'Ulli, *g.* Ædguin; Osfird & Eadfird duo filii Edguin
'erant, & cum ipſo corruerunt in Bello Ineicen:
'& de Origine illius nunquam iteratum eſt Re-
'gnum, quia non evaſit unus de genere illius de
'iſto bello, ſed interfecti fuerunt omnes cum illo
'ab exercitu † Calguallum Regis Guenedotiæ Regionis.
'Osguid genuit Ecgfird, ipſe eſt Ocgfird; Ailguin
'genuit Oslach, genuit Athun, genuit Echun, genuit
'Oslaph: Ida genuit, Eadirc, genuit Ecgulf, genuit
'Liod-Guad genuit Eatan, ipſe eſt Eata Glin Maur;
'genuit Eadbirth & † Ecgbirth Epiſcopum, qui fuit
'primus de Natione eorum. IDA filius Eobba tenuit
'Regiones in ſiniſtrali parte Britanniæ, id eſt, Um-
'bri Maris, & regnavit annis XII & † ſtruxit Dyn-
'guayrh Guarth berneich. Item † Dutigirn in
'illo tempore fortiter pugnabat contra gentem An-
'glorum. Item Talhaern † Talanguen in Poemate
'claruit, & Nuevin, & Talieſſin, & Bluchbar & Cian
'qui vocatur Gueinchguant, ſimul uno tempore in

Poë-

'Poëmate Britannico claruerunt. † Mailcunius magnus
'Rex apud Britones regnabat, id eſt, in Regione
'Guenedotiæ, quia atavus illius Cunedag cum filiis
'ſuis (quorum numerus octo erat) venerat prius
'de parte ſiniſtrali, de Regione quæ vocatur Manau
'Guotadin. CXLVI annis ante quam Mailcun regnaret;
'& Scotos cum ingentiſſima clade expulerat ab iſtis
'Regionibus, & nusquam reverſi fuerunt iterum
'ad habitandum. (*vide ſupra pag.* 102.)

'ADDA filius Ida regnavit annis octo: Æddric fi-
'lius Adda regnavit quatuor annis. Deodric filius
'Ida regnavit ſeptem annis. Friodolguald regna-
'vit ſex annis; in cujus tempore Regnum Cantua-
'riorum mittente Gregorio Baptiſmum ſuſcepit.
'Huſſa regnavit annis ſeptem; contra illos quatuor
'Reges, † Urbgen & † Ryderthen, & Guallanc,
'& Morcant dimicaverunt. Deodric contra illum
'Urbgen cum filiis dimicabat fortiter. In illo au-
'tem tempore aliquando hoſtes nunc cives vince-
'bantur; & ipſe concluſit eos tribus diebus & tribus
'noctibus in inſula † Medcant; & dum erat in ex-
'peditione jugulatus eſt, Morcanto deſtinante pro
'invidia, quia in ipſo præ omnibus Regibus virtus
'maxima erat *in* inſtauratione Belli. Item Eadlfered
'Fleſaur regnavit XII annos in Berneich, & alios
'XII in Deur: XXIV annos inter duo Regna regna-
'vit, & dedit uxori ſuæ Dinguo Aroy, quæ vocatur
'Bebbab, & de nomine uxoris ſuſcepit nomen, id
'eſt Bebbanburgh.

'EDGUIN filius Alli regnavit annis XVII, & ipſe
'occupavit † Elmet, & expulit Certec Regem illius
'Regionis. Eanfled filia illius, duodecimo die poſt
'Pentecoſten, Baptiſmum accepit cum univerſis ho-

mini-

'minibus ſuis & viris & mulieribus cum ea. [Et
'hæc prima baptizata eſt:] Edguin vero [poſtea]
'in ſequenti Paſcha Baptiſmum accepit, & XII Mil-
'lia hominum in uno die baptizati ſunt cum eo:
'[ſi quis ſcire voluerit, quis eos baptizavit, ſic mi-
'hi tradidit Reuchidus & Elbodus Epiſcoporum ſci-
'entiſſimus,] Run map Urbgen [i. e. ſanctus Pauli-
'nus Eboracenſis Archiepiſcopus] baptizavit eos.
'& per XL dies non ceſſavit baptizare omne genus
'Ambronum, [id eſt, Ald Saxonum] & per prædi-
'cationem illius multi crediderunt Chriſto.
'OSWALD filiusEldfred regnavit novem annis; ipſe
'enim [eſt] Oſuual Lanniguin, ipſe occidit Cargu-
'blaun Regem Guenedotiæ Regionis; in bello †
'Catſcaul, cum magna clade exercitus ſui. Osguid
'filius Eldfrid regnavit XXVIII annis & ſex Men-
'ſibus: dum ipſe regnabat, venit mortalitas homi-
'num, † Catgualat regnante apud Britones poſt
'patrem ſuum, & in ea periit. Et ipſe occidit
'Pantha in Campo Gai, & nunc facta eſt ſtrages †
'Giti Campi, & Reges Britonum interfecerunt, qui
'exierunt cum Rege Pantha in expeditione usque
'ad urbem quæ vocatur † Judeu. Tunc reddidit
'Osguium omnes divitias quæ erant cum eo in ur-
'be usque in manu Pendæ, & Penda diſtribuit eas
'Regibus Britonum, i. e. Albert judium Solus au-
'tem Catgubail, Rex Guenedotiæ Regionis, cum
'exercitu ſuo evaſit de nocte conſurgens, qua prop-
'ter vocatus eſt Catgabail † Catguommedd. Egfrid
'filius Osbui regnavit novem annis. In tempore
'illius, S. Cudberd Epiſcopus obiit in Inſula Med-
'cant: ipſe eſt qui fecit bellum contra Pictos, &
'corruit ibi. Penda filius † Pubba regnavit X an-
'nis:

'Poëmate Britannico claruerunt. † Mailcunius magnus
'Rex apud Britones regnabat, id eſt, in Regione
'Guenedotiæ, quia atavus illius Cunedag cum filiis
'ſuis (quorum numerus octo erat) venerat prius
'de parte ſiniſtrali, de Regione quæ vocatur Manau
'Guotadin. CXLVI annis ante quam Mailcun regnaret;
'& Scotos cum ingentiſſima clade expulerat ab iſtis
'Regionibus, & nusquam reverſi fuerunt iterum
'ad habitandum. (*vide ſupra pag.* 102.)

'ADDA filius Ida regnavit annis octo: Æddric fi-
'lius Adda regnavit quatuor annis. Deodric filius
'Ida regnavit ſeptem annis. Friodolguald regna-
'vit ſex annis; in cujus tempore Regnum Cantua-
'riorum mittente Gregorio Baptiſmum ſuſcepit.
'Huſſa regnavit annis ſeptem; contra illos quatuor
'Reges, † Urbgen & † Ryderthen, & Guallanc,
'& Morcant dimicaverunt. Deodric contra illum
'Urbgen cum filiis dimicabat fortiter. In illo au-
'tem tempore aliquando hoſtes nunc cives vince-
'bantur; & ipſe concluſit eos tribus diebus & tribus
'noctibus in inſula † Medcant; & dum erat in ex-
'peditione jugulatus eſt, Morcanto deſtinante pro
'invidia, quia in ipſo præ omnibus Regibus virtus
'maxima erat *in* inſtauratione Belli. Item Eadlfered
'Fleſaur regnavit XII annos in Berneich, & alios
'XII in Deur: XXIV annos inter duo Regna regna-
'vit, & dedit uxori ſuæ Dinguo Aroy, quæ vocatur
'Bebbab, & de nomine uxoris ſuſcepit nomen, id
'eſt Bebbanburgh.

'EDGUIN filius Alli regnavit annis XVII, & ipſe
'occupavit † Elmet, & expulit Certec Regem illius
'Regionis. Eanfled filia illius, duodecimo die poſt
'Pentecoſten, Baptiſmum accepit cum univerſis ho-

mini-

'minibus ſuis & viris & mulieribus cum ea. [Et
'hæc prima baptizata eſt:] Edguin vero [poſtea]
'in ſequenti Paſcha Baptiſmum accepit, & XII Mil-
'lia hominum in uno die baptizati ſunt cum eo:
'[ſi quis ſcire voluerit, quis eos baptizavit, ſic mi-
'hi tradidit Reuchidus & Elbodus Epiſcoporum ſci-
'entiſſimus,] Run map Urbgen [i. e. ſanctus Pauli-
'nus Eboracenſis Archiepiſcopus] baptizavit eos.
'& per XL dies non ceſſavit baptizare omne genus
'Ambronum, [id eſt, Ald Saxonum] & per prædi-
'cationem illius multi crediderunt Chriſto.
'OSWALD filiusEldfred regnavit novem annis; ipſe
'enim [eſt] Oſuual Lanniguin, ipſe occidit Cargu-
'blaun Regem Guenedotiæ Regionis; in bello †
'Catſcaul, cum magna clade exercitus ſui. Osguid
'filius Eldfrid regnavit XXVIII annis & ſex Men-
'ſibus: dum ipſe regnabat, venit mortalitas homi-
'num, † Catgualat regnante apud Britones poſt
'patrem ſuum, & in ea periit. Et ipſe occidit
'Pantha in Campo Gai, & nunc facta eſt ſtrages †
'Giti Campi, & Reges Britonum interfecerunt, qui
'exierunt cum Rege Pantha in expeditione usque
'ad urbem quæ vocatur † Judeu. Tunc reddidit
'Osguium omnes divitias quæ erant cum eo in ur-
'be usque in manu Pendæ, & Penda diſtribuit eas
'Regibus Britonum, i. e. Albert judium Solus au-
'tem Catgubail, Rex Guenedotiæ Regionis, cum
'exercitu ſuo evaſit de nocte conſurgens, qua prop-
'ter vocatus eſt Catgabail † Catguommedd. Egfrid
'filius Osbui regnavit novem annis. In tempore
'illius, S. Cudberd Epiſcopus obiit in Inſula Med-
'cant: ipſe eſt qui fecit bellum contra Pictos, &
'corruit ibi. Penda filius † Pubba regnavit X an-
'nis:

‹nis: ipſe primus ſeperavit regnum Merciorum à ‹regno Nordorum; & Onnan Regem Eaſte-Anglo‹rum, & ſanctum Osgualdum Regem Nordorum, ‹occidit per dolum. Ipſe fecit bellum Codoy, in ‹quo cecidit Eoua filius Pubba, frater ejus Rex ‹Merciorum, & Osguald Rex Nordorum, & ipſe ‹victor fuit per Diabolicam artem. Non erat bap‹tizatus, & non credidit Deo., [*Sed cum inutiles ‹Magiſtro meo, id eſt,* Beulario Presbytero, *viſæ ſunt ‹genealogiæ* Saxonum *& aliorum genealogiæ gentium, ‹ nolui ea ſcribere, ſed de Civitatibus & mirabilibus Bri‹tanniæ Inſulæ, ut alii ſcriptores ante me ſcripſere, ſcripſi.*

, CAP. LXV. *Quæ ſint nomina vigeſimarum octavarum civi‹tatum præcipuarum Brittanniæ.* (*auctor* SAMUEL.

‹PRIMA *civitas Britanniæ ipſa eſt, quæ vocatur Cair‹Gurthigirn, Cair-Municip, Cair-Meguid, Cair‹Eborauc, Cair-Verulam, Cair-Mauchguid, Cair-Canit, ‹Cair-Peris, Cair-*[*Lirion*] *Cair-Guent, Cair-*[*Glou*] ‹*Cair-Penſavelcoit, Cair-Celemon, Cair-Guinting, Cair‹Luadiit, Cair-Colun, Cair-Cuſtent, Cair-Graunth, ‹Cair-Lunden, Cair-Guoirangon, Cair-Daun, Cair‹Gorieon, Cair-Legion Guaruſik, Cair-Britton,* [*Cair‹Ceri*] *Cair-Droithon, Cair-Urnach, Cair-Lindcoit, hæc ‹ſunt omnia omnium civitatum quæ ſunt in Britannia; ‹quarum numerus eſt XXVIII.*

EXPLICIT

Hiſtoria Nennii, Britonum Hiſtoriographi, de prima inhabitatione Britanniæ Inſulæ.

CA-

CAROLI BERTRAMI
NOTÆ IN
RICARDUM CORINENSEM,
GILDAM BADONICUM,
NENNIUM BANCHORENSEM.

D. THOMÆ GALE
VARIÆ LECTIONES.
IN NENNIUM.

CAROLI BERTRAMI
INDEX LOCUPLETISSIMUS
IN RICARDUM,
EJUSQUE
MAPPAM.

D. WILLIAM STUKELEY AD EDITOREM.

GILDAS and NENNIUS are curious Books. You do well to reprint them, and very ſuitably with RICHARD.

CAROLI BERTRAMI
LONDINENSIS
NOTÆ IN CAP. I. ET II. LIBRI PRIMI *BRITANNIÆ ROMANÆ* RICARDI MONACHI.

AD LECTOREM.

NOTÆ in Caput primum & ſecundum libri primi RICARDI noſtri, quas TIBI heic, candide LECTOR! ſiſto, non ſunt niſi paucæ earum plurium ad Antiquitates Britannicas pertinentium, quas laborioſe verſando cum veterum tum recentiorum ſcripta collegi Quæ ſi TIBI fuerint ad palatum, & candide a TE accipi meruerint, Deo annuente redeuntibus temporibus tranquillitate felicioribus, integrum & completum ex iis formatum commentarium habebis. Spero interea, TE judicaturum eſſe, me, in eo, quod plura tractando TE non moratus ſim, conſulte egiſſe, præcipue tempore hoc, quo in conſiderandis noſtræ ætatis ſtupendis factorum nexibus ad unum omnes ſint nimium occupati, nec vacet rebus jam diu geſtis, jamque inextricabile fere obſcuritate ſepultis, attentam afferre mentem.

NOTÆ IN CAP. I.

I. *Finis erat orbis &c.* (1] HOMERUS (2) primus, ſaltem Græcos inter, (de iis enim, quæ ORPHEO tribuuntur, adhuc ſub judice lis eſt,) terram undiquaque Oceano cinctam allui (3) pronunciavit, opinio forte ipſi terræ coæva, quod verba, quæ ſequuntur CLEMENTIS Alexandrini innuere videntur; en ipſa verba: Menſam autem in Templo, (altare quoque thymmiamatis a MOYSE juſſu divino factum (4), habere undulas; inflexas ac tortiles, (communiter coronam appellant,) ſignificat terram, quam oceanus circumfluit (5). Recepta hæc erat Philoſophorum (6), Geographorum (7), Hiſtoricorum (8) & Poëtarum (9), tum gentilium (10), tum Chriſtianorum (11) opinio, atque quod ad Europam, Aſiam & Africam, verum orbem attinet, conſentit illa ad unguem cum recentiſſimis & optimis obſervationibus. Hoc eſt cur veteres extrema littora finem terræ & naturæ dixerint (12). Patet hoc,

(1) SOLINUS cap. 22. de mirabilibus Britanniæ. MELA de Situ orbis lib. III. cap. 5.

(2) Iliad Σ. v. 606. & Ξ. v. 200. FLORUS Hiſtor. Rom. lib. I. cap. 13. RUTILII NUMAT. Itin.

(3) STRABO de Geogr. lib. I. p. 4. 9. &c.

(4) Exodus cap. III. v. 3.

(5) Stromat. lib. VI. p. 658.

(6) ARISTOTELES lib. de Mundo c. 3. PLINIUS Nat. Hiſt. lib. II. c. 66. 67. 68. &c. M. CAPELLA lib. VI. &c. &c.

(7) STRABO Geogr. lib. paſſim. DIONYSIUS CHARACENUS paſſim. MELA de ſitu orbis lib. I. c. 1. & III. c. 1. ÆTHICUS, RUFUS FESTUS AVIENUS de Ora marit. v. 390. &c. &c.

(8) JOANNES TZETZA variæ Hiſtor. Chiliad. 8. PHILOSTRATUS L. apud PHOTIUM p. 1011.

(9) ORPHEUS, HOMERUS, COINTUS SMYRNÆUS &c. fere omnes.

(10) Fere omnes, uno ore.

(11) COSMAS ÆGYPTUS Coſmogr. Chriſtian. lib. II. p. 131. &c. &c.

(12) Vide infra N. 45. & RICARD. p. 12. XII. &c.

hoc, ut alios omittam; ex his VIRGILII Romanorum Coryphæi dictis:

Extremique hominum Morini ——— (13)

populi in Galliæ finibus, qui Britanniam ſpectant, proximi oceano (14), & ultra oceanum quid erat præter Britanniam (15), oceani inſulam (16) ultimam occidentis (17), quam fallax æſtu circuit ipſe oceanus (18), cujus licet magnitudinem olim nemo, ut LIVIUS refert, circumvectus (19), PANEGYRICUS (20) tamen Maximiano & Conſtantino Impp. dictus aperte docet, eam tantæ magnitudinis a Cæſare habitam, ut non circumfuſa oceano, ſed complexa ipſum oceanum videretur (21). Hæc cum verbis RICARDI (22) conſentiunt, quæ verba ſunt apud SOLINUM (23) eadem. Britannia judicata eſt orbis finis juxta VALERIUM CATULLUM qui Albionem noſtram ultimam Britanniam (24), ejusque incolas Britannos ultimos appellat (25). Sequitur eum in hoc HORATIUS FLACCUS ita pro ſalute Auguſti vota nuncupans:

Serves iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britannos ——— (26)

niſi cum Beato CHRYSOSTOMO tibi placuerit Britanniam extra

(13) Æneid. lib. VIII. v. 727. B. HIERONYMUS ad Gerontiam ſub fin. PLINIUS N. H. lib. XIX. c. 1. JULIUS CELSUS in vita Cæſaris p. 44.

(14) SERVIUS HONORATUS ad loc. cit. Virgilii.

(15) e XII. PANEGYRICIS unus pag. 265. Edit. Stephani.

(16) ÆTHICUS Coſmogr. p. 705. ISIDORUS HISP. Orig. lib. XIV. c. 6.

(17) CATULLUS in Cæſarem epigr. 30. v. 13.

(18) VET. EPIGRAM. apud Scaligerum.

(19) apud JORNANDEM de rebus Geticis.

(20) XII. PANEGYR. p. 258.

(21) Sed vide CÆSAR de Bello Gall. lib. V. c. 13.

(22) Pag. I.

(23) Caput de Brit.

(24) In Cæſarem epigr. 30. v. 4.

(25) Ad Furium & Aur. epigr. 11. v. 12.

(26) Ode 35. ad Fortunam.

orbem poſitam (27), Romanorumque virtutem in orbem redactam dicere (28). In Romanorum nomen elementa tranſierunt (29), in quos etiam tranſivit orbis terrarum, qui Romano Imperio clauditur & definitur. unde a pleriſque Orbis Romanus appellatur (30); ita M. ANNÆUS LUCANUS

——— *quin reſpicis orbem*
Romanum? (31)

Et denuo de Cæſare ſermonem faciens idem Poëta canit:

Hic cui Romani ſpatium non ſufficit orbis (32).

Sed vero propius ad ipſam rem accidit CLAUDIUS CLAUDIANUS ita loquendo:

——— *noſtro deducta Britannia mundo* (33).

Nomen pene orbis alterius &c. (34] Alii veterum auctorum non parce adeo loquuntur, liquet hoc ex his apud optimos eorum obviis expreſſionibus;

At nunc oceanus geminos interluit orbes (35).

Britannia oceani inſula interfuſo mari toto orbe diviſa (36), ALTER ORBIS appellatur (37), poſtquam Romanorum ſubjecta eſſet imperio, ita canentes audimus;

Conjunctum eſt, quod adhuc Orbis, & Orbis erat (38).
Et jam Romano cingitur Oceano (39).

Et quamvis toto orbe diviſa, tamen, qui vinceret, habuit Britannia (40), quæ præ magnitudine videri poſſit alia terra

(27) Tom. V. p. 848.
(28) HEGESSIPUS lib. II. cap. 9.
(29) RICARD. p. 25.
(30) HEGESSIPUS.
(31) De Bello Pharſal. lib. VIII. v. 442.
(32) Lib. X. v. 456.
(33) De Malii Theodoſii Conſ. v. 51.
(34) SOLINUS cap. de Britannia.
(35) VET. POET. apud *Scaligerum.*
(36) ISIDORUS HISP. Orig. lib. XIV. c. 6. e Virgilio Ecl. I. v. 67.
(37) ALFREDUS apud HIGDENUM.
(38) VET. POET. apud *Scalig.*
(39) ibid.
(40) lib. III. c. 10.

terra continens (41). omnibus terra marique, a Cæſare, captis, reſpexit oceanum, & quaſi hic Romanus orbis non ſufficeret, alterum (Britannicum) cogitavit (42); aut cum CLAUDIANO vate:

Vincendos alio quæſiverit in orbe Britannos (43).

Hic orbis terra eſt, quam ultra oceanum ſitam fingit COSMAS Indicopleuſtes (44), opinio inveterata. Plautius Legatus enim, ut teſtis eſt DIO CASSIUS (45), difficulter exercitum e Gallia abduxit, indigne ferentem, quod extra orbem terrarum bellum eſſet gerendum, ſcilicet in Britannia

——— *quæ procul orbe jacet* (46).

Nam ſi verum quæramus, terra ipſa infra Romanorum Imperium eſt, ſuper quam progreſſa Romana virtus ultra Oceanum, alterum ſibi orbem quæſivit, & in Britannia remota a confinio terrarum novam ſibi invenit poſſeſſionem (47). aut ut iſte PANEGYRICUS (48) eleganter mentem ſuam explicat, Cæſar alium ſe orbem terrarum ſcripſit reperiſſe (49), & in Britanniam transjeciſſe exercitum, alterum pene imperio noſtro, ac ſuo quærens orbem (50), non oblitur alibi ita Conſtantinum Magnum alloqui: gloriare tu vero, Cæſar invicte! alium te orbem terrarum peperiſſe (51). Demum NENNIUS noſter narrat, in extremo limite orbis Britanniæ eſſe Orcaniam inſulam (52).

(41) APPIANUS in Præf. vide & ISIDORUM HISP. vel potius SOLINUM apud RICARDUM p. 47. XXI.

(42) L. FLORUS lib. III. cap. 10.

(43) de Secundo Conſ. Fl. Stilichonis v. 149.

(44) Coſmogr. Chriſt. p 113.

(45) Lib. LX. p. 957.

(46) VET. POET. apud Scalig.

(47) HEGESSIPUS.

(48) Maximiano & Conſtantino dictus p. 258.

(49) ibid.

(50) VELLEJUS PATERCULUS Hiſtor. Rom. lib. II.

(51) PANEGYR. ſupra-laudatus p. 262.

(52) Cap. 2. p. 98. hujus editionis.

Unde hæ orbis particulæ, Orbis vocabulum traxerunt, ex ARISTOTELE diſcere poterit Lector, ad quem eum, prolixitatis evitandæ gratiæ, remitto (53).

Inſula &c.] Primis Græcorum Romanorumque ne eſſe quidem compertum fuit: poſteriores in controverſiam adduxerunt, continensne ea terra, an vero inſula eſſet, multaque de utroque opinione conſcripta ſunt ab iis, qui certi quidem nihil noverunt, quippe qui nec vidiſſent, nec ab indigenis, qualis eſſet, accepiſſent, ſed conjecturis tantum, quantum vel otii vel ſtudii ſingulis aderat, niterentur. Succeſſu temporis, prius quidem ſub J. Agricola Proprætore (54), deinde ſub Severo Imperatore, liquido deprehenſum eſſe inſulam (55).

Octingentis M. P. longa porrigitur.] Hæc longitudo Britanniæ a M. VIPSANIO AGRIPPA tributa, cujus mentionem injicit C. PLINIUS SECUNDUS (56), ſequentibus ipſum JULIO SOLINO (57), MARTIANO CAPELLA (58), PAULO OROSIO (59), ÆTHICO (60), GILDA ſapiente (61), venerabili BEDA (62), NENNIO Banchorenſi (63), & pluribus aliis, quæ ſupra 730 milliaria Anglicana Statutaria, vel Regia, efficit. Hæc longitudo quamvis reperiatur nimia, ad veritatem tamen proximius accedit, illa, quam JORNANDES Epiſcopus (ex Caſſio Dione 64) exhibet, longitudine, qui eam VII. M. CXXXII. Stadia extendi ferri narrat (65), i. e. DCCCXCI. milliarium Romanorum cum dimidio, aut minoris aliquantum fuiſſe extenſionis, quam 820 noſtrorum milliarium. quippe inde ab Ocrino (*Lizard Point*) extremo meridionali promontorio, usque ad Orcadem extremum, *Dungsby*

(53) lib. de Mundo c. 3. PLINIUS Nat. H. lib. III. cap. 1.

(54) TACITUS vita Agricolæ c. 38.

(55) DIO CASSIUS Hiſt. Rom. lib. XXXIX. pag. 114.

(56) Nat. Hiſt. lib. IV. c. 16.

(57) cap. de Britannia.

(58) lib. VI.

(59) lib. I. c. 2.

(60) Coſmogr. p. 730.

(61) Cap. I. p. 67.

(62) Hiſt. Eccl. lib. I. c. 1.

(63) Cap. 2. p. 97.

(64) Hiſt. Rom. lib. LXXVI. p. 867.

(65) De rebus Geticis.

Dungsby (vel potius *Dunnet* 66) *head*, maxime verſus Boream vergentem ſint 590 milliaria Regia, ſecundum recentiſſimas & fide digniſſimas relationes, quæ non prorſus DCL Milliaria Romana efficiunt. Mappæ geographicæ ſeculi prioris (67) longitudinem ad 50, aliæ 75, & aliæ 120 plus minus milliaria, majorem extendunt, id eſt ad DCC Millia paſſuum.

In Caledonicum promuntorium &c.] Extremitas Caledoniæ RICARDI noſtri (68) potius intelligenda eſt, de toto angulo (69) boreali Scotiæ. ſcilicet, Roſſia, Sutherlandia, Catheneſia, Strath-navernia cum vicinis regiunculis, quæ eis ſubſunt, quam de ſingulari quodam promontorio. Monachus noſter ſemper in ſyllaba ſecunda ad morem plurium Monachorum adhibet U, qui ſcribendi mos, ceu maxime genuinus aſſumitur, a Is. VOSSIO (70) ac GRONOVIIS in iis, quas nobis dedere, Pomponii Melæ editionibus, certe optimis, in quibus ſemper promuntorium cum U in

(66) ELPHINSTONE'S new correct Map of North Britain.

	o ,
(67) JOH. SPEED in Theatre pag. 131. ad	60. 25.
HERM. MOLL in Tour thro G. B. Vol. 3.	59. 20.
ROB. GORDON Atl. Blavian. Vol. 6.	59. 18.
JOH. SENEX. General. Atlas p. 233.	59. 13.
ROB. MORDON in Cambd. Brit.	59. 8.
DE WIT & DANCKERTS Maps	59. 2.
TIM. PONT. Atl. Blav. Vol. 6.	58. 57.
JOS. KELLY Navig. p. 91.	58. 47.
J. SELLER'S Tables p. 292.	58. 37.
J. ELPHINSTONE'S Map. 1745.	58. 31.

(68) Secundum pag. 38. LIV.

(69) SOLINUS cap. de Brit.

(70) Obſervationes ad P. MELAM Hagæ comitis 1658. 4.

in ſecunda ſyllaba reperies; quas, ſi lubuerit, conſulas (71).

II. *Veteres Brittanniam &c.* (1) Quodnam antiquiſſimum & genuinum Magnæ Britanniæ inter tot varias appellationes, quibus ab extraneis propriisque incolis inſignita fuit, nomen fuerit, inventu eſt perquam difficile, præſertim noſtro, quo adeo longe diſtamus, tempore; etenim, ut docent verba auctoris, & nos etiam deinceps (2) evidenter explicabimus, omnes inſulæ in vicinia ſitæ commune nomen BRITANNICARUM habuere. Ut plurimæ aliæ regiones ſic & hæc nomen ſuum a primo ejus conditore hauſit, verum autem quis hic fuerit, æque ignotum, ac nomen, de quo quæritur. Tantum ex paucis, qui nobis ſuperſunt, Scriptoribus novimus, quod fuerit appellata his nominibus: BRITANNIA, ALBION (3), HYPERBOREA (4), ATLANTIA (5), CASSITERIS (6), ROMANIA (7), nec non THULE (8), quæ nomina a Phœnicibus

(71) JOHANNIS, JACOBI & ABRAHAMI GRONOVII Editiones POMPON. MELÆ, JULII HONORII, ÆTHIC. &c. Lugd. Bat. 1685. 8. 1696. 8. & 1722. 8. Maj.

(1) Primitus hæc inſula vocabatur Albion ab Albis rupibus circa litora maris a longe apparentibus. R. HIGDENI Polychron. lib. I. p. 191.

(2) Pag. *158.*

(3) ARISTOTELES lib. de Mundo cap. 3. PLINIUS H. N. lib. IV c. 16. PTOLEMÆUS Geogr. lib. II. c. 3. &c. BUCHANANUS eam *Albium* appellat.

(4) DIODORUS SICULUS Biblioth. Hiſt. lib. II. c. 3. è HECATÆO &c.

(5) PLATONIS Timæus.

(6) PLIN. N. H. lib. VII. cap. 56. Κασσίτερα apud STEPH. BYZANT. de urbibus.

(7) VOPISCUS in Floriano. PROSPER AQUITANUS apud *Cambd.* Brit. p. XXVII. GILDAS de excid. Brit. Cap. V. X. & XIV. RICARDUS CORIN. lib. I. cap. VI. 29. &c.

(8) SILIUS ITALICUS lib. XVII. v. 421. RICARDUS CORIN. lib. I. c. VI. 50. e CL. CLAUDIANO

bus Græcis & Romanis ipſi data fuere, ſed quodnam aut an ullum illorum ſit genuinum incertum adeo eſt, ut verear ne nunquam ſatis demonſtrari poſſit. ALBION & BRITANNIA jus antiquitatis ſibi vindicant, cum apud Poëtas Britannos, ſeu BARDOS ejusdem ſub nominibus ALBAN, vel ALBEN, INIS WEN (9), ſive INSULÆ AIBÆ (10) & PRYDÆN (11) fiat mentio. ALBION antiquiſſimum cenſetur, quamtumvis nullum horum nominum ſit illud, in quod inquirimus, cum Romanis bene nota fuerint. e contrario vero, ſi in re tanti momenti teſtimonio DIONIS CASSII fides habenda eſt, Britannorum Regina BONDUICA affirmet, Romanorum ſapientiſſimos verum nomen (indigenarum) ignoraſſe (12). Hinc forte inveſtigandum erit nomen, aliud a ſupradictis. interea de ſingulis hic allegatis nobis erit ſermo.

Primum Albionem &c. (13.] Ni ita dicta fuerit ab ALBIONE Conditore vel Debellatore ejus, quem quidem Albionem Neptuni filium fuiſſe aſſerunt (14), certe ratio ſat gravis hanc appellationem rejiciendi adeſſe videtur, cum certum ſit ac evictum, totam inſularum claſſem, tempore Ariſtotelis (15), & veroſimiliter jam diu ante ipſum, Britannicarum nomen geſſiſſe. Præterea, ſi etiam ab albis rupibus a Phœnicibus ſic fuerit nuncupata, nil tamen ex eo ſequitur, quam quod fuerit nomen impoſitum, neutiquam

de IV. conſ. Honorii v. 32. ARNSGRIMUS JONAS Specim. Island. hiſt. parte 2. pag. 120. Sir ROBERT SIBBALD apud CAMBDENUM Edit. GIBSONI p. 1089. &c.

(9) CAMBD. Brit. pag. XXVII. SELDENUS in Polyolbion p. 20.

(10) CAMBDENUS, ut ſupra.

(11) LHUYDII Archæolog. Brit. pag. 219. col. 4.

(12) Hiſtor. Roman. lib. LXII. pag. 702.

(13) PLIN. N. H. lib. IV. c. 16.

(14) PEROTTUS, LILIUS GYRALDUS, CAMBDENUS &c.

(15) Lib. de Mundo c. 3

in ſecunda ſyllaba reperies; quas, ſi lubuerit, conſulas (71).

II. *Veteres Brittanniam &c.* (1) Quodnam antiquiſſimum & genuinum Magnæ Britanniæ inter tot varias appellationes, quibus ab extraneis propriisque incolis inſignita fuit, nomen fuerit, inventu eſt perquam difficile, præſertim noſtro, quo adeo longe diſtamus, tempore; etenim, ut docent verba auctoris, & nos etiam deinceps (2) evidenter explicabimus, omnes inſulæ in vicinia ſitæ commune nomen BRITANNICARUM habuere. Ut plurimæ aliæ regiones ſic & hæc nomen ſuum a primo ejus conditore hauſit, verum autem quis hic fuerit, æque ignotum, ac nomen, de quo quæritur. Tantum ex paucis, qui nobis ſuperſunt, Scriptoribus novimus, quod fuerit appellata his nominibus: BRITANNIA, ALBION (3), HYPERBOREA (4), ATLANTIA (5), CASSITERIS (6), ROMANIA (7), nec non THULE (8), quæ nomina a Phœnicibus

(71) JOHANNIS, JACOBI & ABRAHAMI GRONOVII Editiones POMPON. MELÆ, JULII HONORII, ÆTHIC. &c. Lugd. Bat. 1685. 8. 1696. 8. & 1722. 8. Maj.

(1) Primitus hæc inſula vocabatur Albion ab Albis rupibus circa litora maris a longe apparentibus. R. HIGDENI Polychron. lib. I. p. 191.

(2) Pag. 158.

(3) ARISTOTELES lib. de Mundo cap. 3. PLINIUS H. N. lib. IV c. 16. PTOLEMÆUS Geogr. lib. II. c. 3. &c. BUCHANANUS eam *Albium* appellat.

(4) DIODORUS SICULUS Biblioth. Hiſt. lib. II. c. 3. è HECATÆO &c.

(5) PLATONIS Timæus.

(6) PLIN. N. H. lib. VII. cap. 56. Καττίτερα apud STEPH. BYZANT. de urbibus.

(7) VOPISCUS in Floriano. PROSPER AQUITANUS apud *Cambd.* Brit. p. XXVII. GILDAS de excid. Brit. Cap. V. X. & XIV. RICARDUS CORIN. lib. I. cap. VI. 29. &c.

(8) SILIUS ITALICUS lib. XVII. v. 421. RICARDUS CORIN. lib. I. c. VI. 50. e CL. CLAUDIANO

bus Græcis & Romanis ipſi data fuere, ſed quodnam aut an ullum illorum ſit genuinum incertum adeo eſt, ut verear ne nunquam ſatis demonſtrari poſſit. ALBION & BRITANNIA jus antiquitatis ſibi vindicant, cum apud Poëtas Britannos, ſeu BARDOS ejusdem ſub nominibus ALBAN, vel ALBEN, INIS WEN (9), ſive INSULÆ AIBÆ (10) & PRYDÆN (11) fiat mentio. ALBION antiquiſſimum cenſetur, quamtumvis nullum horum nominum ſit illud, in quod inquirimus, cum Romanis bene nota fuerint. e contrario vero, ſi in re tanti momenti teſtimonio DIONIS CASSII fides habenda eſt, Britannorum Regina BONDUICA affirmet, Romanorum ſapientiſſimos verum nomen (indigenarum) ignoraſſe (12). Hinc forte inveſtigandum erit nomen, aliud a ſupradictis. interea de ſingulis hic allegatis nobis erit ſermo.

Primum Albionem &c. (13.] Ni ita dicta fuerit ab ALBIONE Conditore vel Debellatore ejus, quem quidem Albionem Neptuni filium fuiſſe aſſerunt (14), certe ratio ſat gravis hanc appellationem rejiciendi adeſſe videtur, cum certum ſit ac evictum, totam inſularum claſſem, tempore Ariſtotelis (15), & veroſimiliter jam diu ante ipſum, Britannicarum nomen geſſiſſe. Præterea, ſi etiam ab albis rupibus a Phœnicibus ſic fuerit nuncupata, nil tamen ex eo ſequitur, quam quod fuerit nomen impoſitum, neutiquam

L genui-

de IV. conſ. Honorii v. 32. ARNSGRIMUS JONAS Specim. Island. hiſt. parte 2. pag. 120. Sir ROBERT SIBBALD apud CAMBDENUM Edit. GIBSONI p. 1089. &c.

(9) CAMBD. Brit. pag. XXVII. SELDENUS in Polyolbion p. 20.

(10) CAMBDENUS, ut ſupra.

(11) LHUYDII Archæolog. Brit. pag. 219. col. 4.

(12) Hiſtor. Roman. lib. LXII. pag. 702.

(13) PLIN. N. H. lib. IV. c. 16.

(14) PEROTTUS, LILIUS GYRALDUS, CAMBDENUS &c.

(15) Lib. de Mundo c. 3

in ſecunda ſyllaba reperies; quas, ſi lubuerit, conſulas (71).

II. *Veteres Brittanniam &c.* (1) Quodnam antiquiſſimum & genuinum Magnæ Britanniæ inter tot varias appellationes, quibus ab extraneis propriisque incolis inſignita fuit, nomen fuerit, inventu eſt perquam difficile, præſertim noſtro, quo adeo longe diſtamus, tempore; etenim, ut docent verba auctoris, & nos etiam deinceps (2) evidenter explicabimus, omnes inſulæ in vicinia ſitæ commune nomen BRITANNICARUM habuere. Ut plurimæ aliæ regiones ſic & hæc nomen ſuum a primo ejus conditore hauſit, verum autem quis hic fuerit, æque ignotum, ac nomen, de quo quæritur. Tantum ex paucis, qui nobis ſuperſunt, Scriptoribus novimus, quod fuerit appellata his nominibus: BRITANNIA, ALBION (3), HYPERBOREA (4), ATLANTIA (5), CASSITERIS (6), ROMANIA (7), nec non THULE (8), quæ nomina a Phœnicibus

(71) JOHANNIS, JACOBI & ABRAHAMI GRONOVII Editiones POMPON. MELÆ, JULII HONORII, ÆTHIC. &c. Lugd. Bat. 1685. 8. 1696. 8. & 1722. 8. Maj.

(1) Primitus hæc inſula vocabatur Albion ab Albis rupibus circa litora maris a longe apparentibus. R. HIGDENI Polychron. lib. I. p. 191.

(2) Pag. *158.*

(3) ARISTOTELES lib. de Mundo cap. 3. PLINIUS H. N. lib. IV c. 16. PTOLEMÆUS Geogr. lib. II. c. 3. &c. BUCHANANUS eam *Albium* appellat.

(4) DIODORUS SICULUS Biblioth. Hiſt. lib. II. c. 3. è HECATÆO &c.

(5) PLATONIS Timæus.

(6) PLIN. N. H. lib. VII. cap. 56. Καττίτερα apud STEPH. BYZANT. de urbibus.

(7) VOPISCUS in Floriano. PROSPER AQUITANUS apud *Cambd.* Brit. p. XXVII. GILDAS de excid. Brit. Cap. V. X. & XIV. RICARDUS CORIN. lib. I. cap. VI. 29. &c.

(8) SILIUS ITALICUS lib. XVII. v. 421. RICARDUS CORIN. lib. I. c. VI. 50. e CL. CLAUDIANO

bus Græcis & Romanis ipſi data fuere, ſed quodnam aut an ullum illorum ſit genuinum incertum adeo eſt, ut verear ne nunquam ſatis demonſtrari poſſit. ALBION & BRITANNIA jus antiquitatis ſibi vindicant, cum apud Poëtas Britannos, ſeu BARDOS ejusdem ſub nominibus ALBAN, vel ALBEN, INIS WEN (9), ſive INSULÆ AIBÆ (10) & PRYDÆN (11) fiat mentio. ALBION antiquiſſimum cenſetur, quamtumvis nullum horum nominum ſit illud, in quod inquirimus, cum Romanis bene nota fuerint. e contrario vero, ſi in re tanti momenti teſtimonio DIONIS CASSII fides habenda eſt, Britannorum Regina BONDUICA affirmet, Romanorum ſapientiſſimos verum nomen (indigenarum) ignoraſſe (12). Hinc forte inveſtigandum erit nomen, aliud a ſupradictis. interea de ſingulis hic allegatis nobis erit ſermo.

Primum Albionem &c. (13.] Ni ita dicta fuerit ab ALBIONE Conditore vel Debellatore ejus, quem quidem Albionem Neptuni filium fuiſſe aſſerunt (14), certe ratio ſat gravis hanc appellationem rejiciendi adeſſe videtur, cum certum ſit ac evictum, totam inſularum claſſem, tempore Ariſtotelis (15), & veroſimiliter jam diu ante ipſum, Britannicarum nomen geſſiſſe. Præterea, ſi etiam ab albis rupibus a Phœnicibus ſic fuerit nuncupata, nil tamen ex eo ſequitur, quam quod fuerit nomen impoſitum, neutiquam

de IV. conſ. Honorii v. 32. ARNSGRIMUS JONAS Specim. Island. hiſt. parte 2. pag. 120. Sir ROBERT SIBBALD apud CAMBDENUM Edit. GIBSONI p. 1089. &c.

(9) CAMBD. Brit. pag. XXVII. SELDENUS in Polyolbion p. 20.

(10) CAMBDENUS, ut ſupra.

(11) LHUYDII Archæolog. Brit. pag. 219. col. 4.

(12) Hiſtor. Roman. lib. LXII. pag. 702.

(13) PLIN. N. H. lib. IV. c. 16.

(14) PEROTTUS, LILIUS GYRALDUS, CAMBDENUS &c.

(15) Lib. de Mundo c. 3

genuinum, niſi affirmemus, cum quibusdam aliis (16), Phœnices fuiſſe primos hanc regionem incolentes, quod, antequam ſufficienter fuerit demonſtratum, pro evicto aſſumere nullus potero. Attamen admiſſa hac opinione, detectis metallifodinis ſtanno divitibus, ברת־אנך (17) *Baratanac*, id eſt *agrum* ſeu *terram ſtanni* & plumbi, eos ſine dubio dixiſſe, idque nomen omnibus circumjacentibus inſulis dediſſe, cum omnes fere ejusdem naturæ & conditionis ſint, tanta gaudet veriſimilitudine, ut ulteriori indagine originis nominis CASSITERIDIS, minime opus videatur. Notum enim eſt, Græcos ei id nominis dediſſe (18), cum eundem, quem præcedens habeat ſignificatum & Κασσίτερον indigitet *ſtannum*, uti hoc probabit PLINIUS (19) & prolixius BOCHARTUS (20). Phœnices autem, me judice, non fuere primi incolæ, verum tantum mercatores, primi in has partes mercatum proficiſcentes, ſuaque ibi erigentes emporia, (*Factories*) quemadmodum hodie Europæi in oris maritimis Africæ ſimile faciunt, ſequitur hinc, nomen quodcunque, ejusque generis nomina ab extraneis regioni impoſita, longe abeſſe a genuino a nativis incolis indito, ex iſtorum lingua nullo modo derivando. Quod in totum deſtruit ſpecioſas a CAMBDENE (21), BAXTERO (22), & SOMNERO (23) factas derivationes, licet hucusque receptas maximo cum applauſu. Verum errari in his omnibus, dices absque dubio, cum nomen e lingua incolarum verna-

(16) Vide Notes on CAMBDEN'S Brit. Edit. Gibſ. p. XVIII. (x).

(17) BOCHARTI Canaan. lib. I. c. 39.

(18) STRABO Geogr. lib. II. pag. 191.

(19) N. H. lib. XXXIV. cap. 16.

(20) Ut ſupra pag. 721.

(21) a *Brith*, Britannica voce, addita Græca terminatione *tania* pag. XXVIII, XXIX. XXX. Edit. Gibſoni.

(22) Gloſſarium Antiq. Britann. voce *Alvion*. p. 13.

(23) a littoribus ferventibus, & mari vel oceano circumfluo tam mire ſemper æſtuoſo. Gloſſarium ad X. Scriptores voce *Britannia*.

vernacula originem trahat, ſitque purum putum Britannicum; poſito autem me eo acquieſcere, non tamen inde ſequitur, hæc nomina Britannica a nativis gentibus impoſita eſſe, peregrini potius advenientes, ad quæſtiones incolis, aut Gallis datas, reſponſa accipientes inde ita appellandi occaſionem ſumſere, cum eorum linguam Phœnices calluiſſe nullus credendi locus, hincque ſignis mentem ſuam explicaverint neceſſe eſt. Sic manu ſignificantibus Britanniam, nomenque ſciſcitantibus, alii eos *altas rupes* cretaceas intellectas credentes, reſpondere: ALBEN, vel BRYTIN, atque ea ratione e vocabulis *Al*, *Alp*, *Ben*, *Pen*, *Bryd*, *Pryd*, *Bryt*, *Tin*, vel *Dyn*, diverſos ſignificatus admittentibus (24), plurimæ aliæ pro diverſitate ingeniorum quibus reſponſa dabantur, oriri potuerunt rerum & regionum appellationes, quæ pro nominibus inſulæ habitæ, auctoritate donatæ ad noſtra ſervatæ ſunt tempora. non abſimili modo Peru, Jucatan, Paria, tres regiones Americæ eminentiores nomina accepere, quod doctiſſimus RALEIUS affirmat & aſſeverat (25), etenim Hiſpani digitis transfluvium ſitas terras innuentibus, & primæ regionis nomen quærentibus, Indi regeſſere: *Peru*, quod forte nomen hujus amnis erat, aut *aquam* in genere denotabat in lingua his vernacula. Jucatan nec aliud quicquam ſignificat, quam: *quid ais? quid tibi vis?* ita enim Hiſpanis, rogantibus nomen loci, Barbaros (cum non intelligerant) reſpondiſſe ferunt, idque reſponſum Hiſpanos in nomen loci tranſtuliſſe. Tertiam quod attinet regionem, eodem iſta modo nomen eſt ſortita. cum Hiſpani de nomine regionis quærerent, manu montes excelſos monſtrantes, quidam incolarum *Paria* reſpondit, quo vocabulo *Rupes*, *Montesque* innuuntur, ut alia ejusdem farinæ exempla præteream, quorum mentionem præclarus hic auctor injicit (26), & quæ omnia ad noſtrum ſcopum æque inſervire poſſent. Corrupta inſuper genuini nominis pronuntiatio, illud ita

 alterare

(24) Conſulas omnino DAVIESIUM, LHUYDIUM & BOXHORNIUM, qui Lexica Britannicæ ling. ſcripſerunt.

(25) Hiſtory of the world lib. I. cap. 8. §. 5. nec non & ROBINSON Annal. Mundi pag. 97.

(26) Hiſt. ut ſupra l. c.

genuinum, niſi affirmemus, cum quibusdam aliis (16), Phœnices fuiſſe primos hanc regionem incolentes, quod, antequam ſufficienter fuerit demonſtratum, pro evicto aſſumere nullus potero. Attamen admiſſa hac opinione, detectis metallifodinis ſtanno divitibus, ברת־אנך (17) *Baratanac*, id eſt *agrum* ſeu *terram ſtanni* & plumbi, eos ſine dubio dixiſſe, idque nomen omnibus circumjacentibus inſulis dediſſe, cum omnes fere ejusdem naturæ & conditionis ſint, tanta gaudet veriſimilitudine, ut ulteriori indagine originis nominis CASSITERIDIS, minime opus videatur. Notum enim eſt, Græcos ei id nominis dediſſe (18), cum eundem, quem præcedens habeat ſignificatum & Κασσίτερον indigitet *ſtannum*, uti hoc probabit PLINIUS (19) & prolixius BOCHARTUS (20). Phœnices autem, me judice, non fuere primi incolæ, verum tantum mercatores, primi in has partes mercatum proficiſcentes, ſuaque ibi erigentes emporia, (*Factories*) quemadmodum hodie Europæi in oris maritimis Africæ ſimile faciunt, ſequitur hinc, nomen quodcunque, ejusque generis nomina ab extraneis regioni impoſita, longe abeſſe a genuino a nativis incolis indito, ex iſtorum lingua nullo modo derivando. Quod in totum deſtruit ſpecioſas a CAMBDENE (21), BAXTERO (22), & SOMNERO (23) factas derivationes, licet hucusque receptas maximo cum applauſu. Verum errari in his omnibus, dices absque dubio, cum nomen e lingua incolarum verna-

(16) Vide Notes on CAMBDEN'S Brit. Edit. Gibſ. p. XVIII. (x).

(17) BOCHARTI Canaan. lib. I. c. 39.

(18) STRABO Geogr. lib. II. pag. 191.

(19) N. H. lib. XXXIV. cap. 16.

(20) Ut ſupra pag. 721.

(21) a *Brith*, Britannica voce, addita Græca terminatione *tania* pag. XXVIII, XXIX. XXX. Edit. Gibſoni.

(22) Gloſſarium Antiq. Britann. voce *Alvion*. p. 13.

(23) a littoribus ferventibus, & mari vel oceano circumfluo tam mire ſemper æſtuoſo. Gloſſarium ad X. Scriptores voce *Britannia*.

vernacula originem trahat, ſitque purum putum Britannicum; poſito autem me eo acquieſcere, non tamen inde ſequitur, hæc nomina Britannica a nativis gentibus impoſita eſſe, peregrini potius advenientes, ad quæſtiones incolis, aut Gallis datas, reſponſa accipientes inde ita appellandi occaſionem ſumſere, cum eorum linguam Phœnices calluiſſe nullus credendi locus, hincque ſignis mentem ſuam explicaverint neceſſe eſt. Sic manu ſignificantibus Britanniam, nomenque ſciſcitantibus, alii eos *altas rupes* cretaceas intellectas credentes, reſpondere: ALBEN, vel BRYTIN, atque ea ratione e vocabulis *Al*, *Alp*, *Ben*, *Pen*, *Bryd*, *Pryd*, *Bryt*, *Tin*, vel *Dyn*, diverſos ſignificatus admittentibus (24), plurimæ aliæ pro diverſitate ingeniorum quibus reſponſa dabantur, oriri potuerunt rerum & regionum appellationes, quæ pro nominibus inſulæ habitæ, auctoritate donatæ ad noſtra ſervatæ ſunt tempora. non abſimili modo Peru, Jucatan, Paria, tres regiones Americæ eminentiores nomina accepere, quod doctiſſimus RALEIUS affirmat & aſſeverat (25), etenim Hiſpani digitis transfluvium ſitas terras innuentibus, & primæ regionis nomen quærentibus, Indi regeſſere: *Peru*, quod forte nomen hujus amnis erat, aut *aquam* in genere denotabat in lingua his vernacula. Jucatan nec aliud quicquam ſignificat, quam: *quid ais? quid tibi vis?* ita enim Hiſpanis, rogantibus nomen loci, Barbaros (cum non intelligerant) reſpondiſſe ferunt, idque reſponſum Hiſpanos in nomen loci tranſtuliſſe. Tertiam quod attinet regionem, eodem iſta modo nomen eſt ſortita. cum Hiſpani de nomine regionis quærerent, manu montes excelſos monſtrantes, quidam incolarum *Paria* reſpondit, quo vocabulo *Rupes*, *Montesque* innuuntur, ut alia ejusdem farinæ exempla præteream, quorum mentionem præclarus hic auctor injicit (26), & quæ omnia ad noſtrum ſcopum æque inſervire poſſent. Corrupta inſuper genuini nominis pronuntiatio, illud ita

 alterare

(24) Conſulas omnino DAVIESIUM, LHUYDIUM & BOXHORNIUM, qui Lexica Britannicæ ling. ſcripſerunt.

(25) Hiſtory of the world lib. I. cap. 8. §. 5. nec non & ROBINSON Annal. Mundi pag. 97.

(26) Hiſt. ut ſupra l. c.

genuinum, niſi affirmemus, cum quibusdam aliis (16), Phœnices fuiſſe primos hanc regionem incolentes, quod, antequam ſufficienter fuerit demonſtratum, pro evicto aſſumere nullus potero. Attamen admiſſa hac opinione, detectis metallifodinis ſtanno divitibus, ברת־אנך (17) *Baratanac*, id eſt *agrum* ſeu *terram ſtanni* & plumbi, eos ſine dubio dixiſſe, idque nomen omnibus circumjacentibus inſulis dediſſe, cum omnes fere ejusdem naturæ & conditionis ſint, tanta gaudet veriſimilitudine, ut ulteriori indagine originis nominis CASSITERIDIS, minime opus videatur. Notum enim eſt, Græcos ei id nominis dediſſe (18), cum eundem, quem præcedens habeat ſignificatum & Κασσίτερον indigitet *ſtannum*, uti hoc probabit PLINIUS (19) & prolixius BOCHARTUS (20). Phœnices autem, me judice, non fuere primi incolæ, verum tantum mercatores, primi in has partes mercatum proficiſcentes, ſuaque ibi erigentes emporia, (*Factories*) quemadmodum hodie Europæi in oris maritimis Africæ ſimile faciunt, ſequitur hinc, nomen quodcunque, ejusque generis nomina ab extraneis regioni impoſita, longe abeſſe a genuino a nativis incolis indito, ex iſtorum lingua nullo modo derivando. Quod in totum deſtruit ſpecioſas a CAMBDENE (21), BAXTERO (22), & SOMNERO (23) factas derivationes, licet hucusque receptas maximo cum applauſu. Verum errari in his omnibus, dices absque dubio, cum nomen e lingua incolarum verna-

(16) Vide Notes on CAMBDEN'S Brit. Edit. Gibſ. p. XVIII. (x).

(17) BOCHARTI Canaan. lib. I. c. 39.

(18) STRABO Geogr. lib. II. pag. 191.

(19) N. H. lib. XXXIV. cap. 16.

(20) Ut ſupra pag. 721.

(21) a *Brith*, Britannica voce, addita Græca terminatione *tania* pag. XXVIII, XXIX. XXX. Edit. Gibſoni.

(22) Gloſſarium Antiq. Britann. voce *Alvion*. p. 13.

(23) a littoribus ferventibus, & mari vel oceano circumfluo tam mire ſemper æſtuoſo. Gloſſarium ad X. Scriptores voce *Britannia*.

vernacula originem trahat, ſitque purum putum Britannicum; poſito autem me eo acquieſcere, non tamen inde ſequitur, hæc nomina Britannica a nativis gentibus impoſita eſſe, peregrini potius advenientes, ad quæſtiones incolis, aut Gallis datas, reſponſa accipientes inde ita appellandi occaſionem ſumſere, cum eorum linguam Phœnices calluiſſe nullus credendi locus, hincque ſignis mentem ſuam explicaverint neceſſe eſt. Sic manu ſignificantibus Britanniam, nomenque ſciſcitantibus, alii eos *altas rupes* cretaceas intellectas credentes, reſpondere: ALBEN, vel BRYTIN, atque ea ratione e vocabulis *Al*, *Alp*, *Ben*, *Pen*, *Bryd*, *Pryd*, *Bryt*, *Tin*, vel *Dyn*, diverſos ſignificatus admittentibus (24), plurimæ aliæ pro diverſitate ingeniorum quibus reſponſa dabantur, oriri potuerunt rerum & regionum appellationes, quæ pro nominibus inſulæ habitæ, auctoritate donatæ ad noſtra ſervatæ ſunt tempora. non abſimili modo Peru, Jucatan, Paria, tres regiones Americæ eminentiores nomina accepere, quod doctiſſimus RALEIUS affirmat & aſſeverat (25), etenim Hiſpani digitis transfluvium ſitas terras innuentibus, & primæ regionis nomen quærentibus, Indi regeſſere: *Peru*, quod forte nomen hujus amnis erat, aut *aquam* in genere denotabat in lingua his vernacula. Jucatan nec aliud quicquam ſignificat, quam: *quid ais? quid tibi vis?* ita enim Hiſpanis, rogantibus nomen loci, Barbaros (cum non intelligerant) reſpondiſſe ferunt, idque reſponſum Hiſpanos in nomen loci tranſtuliſſe. Tertiam quod attinet regionem, eodem iſta modo nomen eſt ſortita. cum Hiſpani de nomine regionis quærerent, manu montes excelſos monſtrantes, quidam incolarum *Paria* reſpondit, quo vocabulo *Rupes*, *Montesque* innuuntur, ut alia ejusdem farinæ exempla præteream, quorum mentionem præclarus hic auctor injicit (26), & quæ omnia ad noſtrum ſcopum æque inſervire poſſent. Corrupta inſuper genuini nominis pronuntiatio, illud ita

 alterare

(24) Conſulas omnino DAVIESIUM, LHUYDIUM & BOXHORNIUM, qui Lexica Britannicæ ling. ſcripſerunt.

(25) Hiſtory of the world lib. I. cap. 8. §. 5. nec non & ROBINSON Annal. Mundi pag. 97.

(26) Hiſt. ut ſupra l. c.

alterare poteſt, ut etymologiam omnino nullam admittat. Exempla nobis ſint, ea quæ noſmet ipſi civitatibus: Corunnæ, Setubal, & Portui Liburno, tribuimus nomina, barbare eas vocantes: *the Groin*, *Saint Ubes*, *Leghorn*. Quot quæſo! in linguis peregrinis voces audimus, quas ne imitari quidem, nedum accurate ſcribere poſſumus? Omiſerunt iſta veteres aut mutarunt nomina. Patet hoc ex 'hiſce a MELA dictis: Cantabrorum aliquot populi amnes-'que ſunt, ſed quorum nomina noſtro ore concipi neque-'unt (27). Nomina Britanniæ igitur a peregrinis ortum trahunt, unde genuinum nomen gentis a Regina Bonduica indicatum, inter deperdita facile numerari poſſet. Sic ab Oceano Atlantico, vel Hyperboreo, in quo ſita eſt Britannia (28), ATLANTIA, & HYPERBOREA vocata; THULE, cum ſit inter inſulas notas ultima (29); nomen vero ROMANÆ, Romanum plane eſt. Denique error eſt apud SPEDIUM (30), SOMNERUM (31), aliosque quod aſſertum, quod *vocabulo gentis ſuæ* ita vocari dicunt regionem, implicet Britannicum eſſe nomen, nil aliud indigitat, quam inſulam ſic a nomine incolarum vocatam, quod ex citationibus ex claſſicis auctoribus deſumtis ſat ſuperque demonſtrari poteſt (32). Hac ratione incidimus in eam ab initio quæ ſubiit mentem, cogitationem, ſcilicet, an inſula *Britannia* aut *Albion* ab incolis fuerit dicta? ſi unquam inſula, Britannia, aut Albion ab indigenis dicta eſt, primo ejus Conditori, vel Subjugatori nomen debet, & in his

(27) De Situ Orbis lib. III. cap. 1.

(28) PTOLEMÆUS Geogr. lib. II. c. 2.

(30) Hiſt. of Great Britain.

(31) In Gloſſar. ad X. Script. voce BRIT.

(32) Unam tantum exhibere volo. Inter Cn. Pompejum & Cn. Vibium humili loco natum, tantus error extitit de paribus lineamentis, ut Romani Vibium Pompeji *nomine*, Pompejum Vibii *vocabulo* cognominarent. SOLINUS cap. I.

(29) *Tranſiit* (D. Paulus) *Oceanum & qua facit inſula portum*
Quasque Britannus habet terras, quasque ultima Thule.
VENANTIUS FORTUNATUS &c.

his acquieſco. Reliquæ inde, a capite omnium, appellationes ſuas habebunt.

Brittaniam &c.] Modus ſcribendi nominis apu Græcos aut Βρεττανία (33), Βρεταννία (34), ἡ Βρεττανική (35), vel Πρεταννία (36), Πρεττανία (37), Πρεττανὶς (38), Βρεττανίδες νῆσοι (39), Ἀλβίων (40), Ἀλβίων (41), & Ἀλβίων (42), in optimis Latinorum ſcriptoribus etiam Nummis BRITANNIA & ALBION habetur, in aliis ævi inferioris BRITANIA (43), in PAUSANIA (44), BEDA & RICARDO noſtro BRITTANIA; in ETHELWERDO, WILLIELMO Malmesburienſi, HENRICO Huntingdunenſi, ROGERO HOVEDENE &c. BRITTANNIA, nec non in ſaxo urbis Grætz in Stiria

PRÆF. EQUIT. AL. BRITTANNICÆ (45).

Incolæ aut Βρεττανοὶ (46), vel Βρετανοὶ (47), BRITANNI,

(33) ARISTOTELES, DIODORUS, STRABO, PTOLEMÆUS, AGATHEMERUS, POLYÆNUS DIO, CLEMENS ALEX. EPITOM. STRAB. D. JOH. CHRYSOSTOMUS Tom. III. JOAN. TZETZA &c.

(34) CLEOMEDES, NUMMUS ALABANDENSIS, M. HERACLEOTA, CHRYSOSTOMUS T. IV. & V. POLYÆNUS, &c.

(35) M. HERACLEOTA p. 57. 58. 59. 60. PTOLEMÆUS apud STEPH. de urbibus.

(37) M. HERACL. p. 57. 58. 59.

(38) apud CAMBD. Brit. p. 1.

(39) DIONYSIUS CHAR. POLYBIUS, JOH. TZETZA &c.

(40) ARISTOTELES, M. HERACL. p. 9. 33.

(41) PTOLEMÆUS, AGATHEMERUS &c.

(42) JOHAN. TZETZA.

(43) LUCIUS AMPELIUS.

(44) Lib. VIII. p. 526.

(45) apud GRUTER. p. CCCCLXXXII.

(46) STRABO &c.

(47) DIONYSIUS &c.

BRITTANI (48), BRITONES (49, vel BRITTONES (50) ſemper ſcribuntur; etiam ab ipſis gentis hujus ſcriptoribus: *Ynis Prydæu*, *Ynis Prydein*, *Ynis Prydain*, *Ynis Brydeu*, *Ynis Brydain*, *Ynis Breatin &c. Brith*, plur. *Brithion* & *Brython &c.*

Vocarentur omnes &c.] CATULLUS, ni fallor, primus Romanorum eſt qui BRITANNIAS in plurali numero habet, in Cæſarem epigr. 30.

Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ.

Et iterum de Acme & Septimius epigr. 46.

Unam Septimius miſellus Acmen
Mavult, quam Syrias, Britanniasque.

Poſt ipſum PLINIUS (51) inſulas Britannicas ſequenti ordine enumerat: BRITANNIA & HIBERNIA, XL Orcades, VII Acmodæ, XXX Hebudes, item Mona, Monapia, Ricina, Vectis, quam errans verſus occidentem ſitam affirmet, [quamvis ſint, qui eam inſulam ab hac diſtinctam faciunt, eam ſcilicet quam Ptolemæus Ocetin vocat.] Limnus, Andros, Siambis, Axantos, deinde Gleſſariæ, quas Electrides Græci recentiores appellavere, nec non & Thule, Mictis, Scandia, Duinna, Bergos & Nerigon. JOHANNES CHRYSOSTOMUS in diverſis locis de inſulis in plurali numero loquitur, nominans eas Βρεττανικας νήσους (52).

Bretta-

(48) MONACHI fere omnes.

(49) JUVENALIS Lib. V. v. 705. MARTIALIS Lib. IX. Epigr. 22. INSCRIPTIONES variæ.

(50) INSCRIP. variæ, AUSONIUS&c.Romani ſuos provinciales conſtanter *Britannos* dicunt; quanquam ipſi provinciales ſeſe *Brittones* appellari gaudeant. BUCHAN. Rerum Scot. Lib. I. c. 1.

(51) lib. IV. c. 16.

(52) pag. 673. Tom. III. p. 676. Tom. III. pag. 696. Tom. V. pag. 635. Tom. V. pag. 846. Tom. VI. p. 111. Tom. VIII. &c.

Brettanides inſulæ jacent circa Thraciam,
Duæ maximæ omnium: prima Ibernia,
Et Albion poſt ipſam. Ipſæ aliarum primæ.
Et aliæ triginta vocatæ Orcades:
Et Thule proxima ipſi, alia maxima inſula,
In Aparctiæ flatum proxima vocata.
Ex his triginta ſunt Heſperides.
Ad partes enim veſpertinas ſitæ ſunt Brettaniæ (53).

Verum cum duæ ipſarum multo majores ſint ulla ex ceteris, hoc ipſum ARISTOTELI (54), DIONYSIO (55), AGATHEMERO (56), APULEIO (57) &c. anſam præbuit, tantum harum duarum injiciendi mentionem.

Duæ inſulæ ſunt Britannicæ, contra Rhenum:
Illic enim extremum eructat in mare vorticem.
Harum ſane magnitudo immenſa: neque ulla alia
Inſulas inter omnes Britannicis æquatur [æqualis eſt.]

Quæ ſunt ſupræ dictæ ALBION & HIBERNIA (58).

De quibus mox paulo dicemus.] Caput VIII. libri primi p. 41. & ſeq.

III. *Inter Septentriones & Occidentem &c.*] id eſt, verſus Caurum. (*the Northweſt*), reſpectu Romæ, quod bene a JOHANNE TZETZA hoc verſu expreſſum

Thracias perflat Brettanorum atque Ethruſcam regionem
Romanosque, ——— (1)

Thracias vero inter Aparctiam & Argeſten ſpirat, quem accolæ etiam Circium appellant ſecundum AGATHEMERUM (2), & A. GELLIUM (3).

Maxumis

(53) JOH. TZETZÆ variæ Hiſt. Chil. 8. cap. 218. v. 719. &c.

(54) lib. de Mundo cap. 3.

(55) Orbis deſcrip. v. 565.

(56) lib. II. de Geogr. cap. 4. p. 39.

(57) de Mundo liber.

(58) DIONYSIUS CHARACEN. Orb. deſcr. v. 566. &c.

(1) Chil. 8. 678.

(2) lib. I. de Geogr. c. 2. p. 5. vide & NON. MARCELL. c. 1. de prop. ſermon.

(3) Noct. attic. lib. II. cap. 22.

Maxumis Europæ partibus &c.] Verſus orientem Norwagia, Dania & Germania, ad meridiem vero Gallia & Hiſpania.

Magno intervallo &c.] Melius hoc intuitu Mappæ geographicæ faciem Europæ exhibentis patebit, quam verbis deſcribi poterit.

Oceano Athlantico clauditur.] Univerſam ipſam terram inſulam eſſe unicam Atlantici maris ambitu circumdatam docet ARISTOTELES (4). Porro autem Pelagus, quod extra orbem nobis habitatum ſuſum eſt, & Atlanticum dicitur, & Oceanus a quo ipſe circumluitur.

Externis autem partibus alia cognomine gerit,
Heſperius ſtatim enim Oceanus vocatur,
Et Pelagus Atlanticum, pars quædam ad occaſum.
Ad boream autem Saturnium & congelatum, mortuumque (5).

Certum eſt Magnam Britanniam diverſis temporibus mox nomen ab hoc Oceano accepiſſe, mox illi idem reddidiſſe. minimum hoc de parte Oceani Septentrionali & Occidentali, etiam ea quæ ultra Fretum Gaditanum eſt, valet. etenim Britanniam veterum eſſe Atlantiam, ſi unquam exſtetit, pro conceſſo aſſumo. Sic habet ADAMUS Bremenſis de mari Septentrionali; (*the North Sea*) ſermonem faciens (6): 'Egdora deſcendit usque in Oceanum Freſonicum, quem 'Romani ſcribunt Britannicum. inde (*the Channel*, Gallicè: *la Manche*) ad promontorium Antiveſtæum PTOLEMÆUS, aliique Oceanum Britannicum vocant. Porro POMPONIUS MELA, natione Hiſpanus, Pyrenæum montem in Oceanum Britannicum procurrere dicit (7). Et Geographus RAVENNAS, fretum Septem-Gaditanum in Oceanum Britannicum ingredi refert (8). Quibus addimus RICARDUM noſtrum, qui infra, Oceanum Occidentalem, Magnum illum Brittanicum, qui & Athlanticus Oceanus, omnia reliqua complexum maria, appellat (9). IV. *a*

(4) lib. de Mundo cap. 3.

(5) JOHAN. TZETZA Chil. 8. 626.

(6) De Situ Daniæ cap. 1.

(7) De ſitu Orbis lib. II. cap. 6.

(8) De Geogr. lib. IV. cap. 45. & V. cap. 4.

(9) De ſitu Brit. lib. I. cap. VIII. 10.

IV. *a Meridie Galliam Belgicam.*] potius ab Euro.

Cujus proximum littus, &c.] Infra deſcriptam cap. VI. §. 5. & Cap. VII. pap. 36.

à Geſſoriaco Morinorum Brittanicæ gentis portu &c.] Bononia hodie *Boulogne* vide infra pagina 36. Locus hic auctoris noſtri non prius plene intelligi poteſt, donec capitis XVIImi libri IVti PLINII vera lectio fuerit reſtituta, quam hanc eſſe arbitror:

Loco communiter uſitatæ lectionis	*Ita legendum eſſe autumo*
'Deinde Menapii, Morini, 'Oromanſaci juncti pago, 'qui Geſſoriacus vocatur: Bri- 'tanni, Ambiani, Bellovaci, 'Haſſi.	Deinde Menapii, Morini, Pæmani (1), ac juncti pago, qui Geſſoriacus vocatur, Britanni: Ambiani, Bellovaci, Eſſui (2).

Etenim propter defectum recti ſenſus loci hujus Pliniani, HARDUINUS Haſſos omittit, ac DIONYSIUS VOSSIUS Eſſuos in Æduos mutat (3), cum e contrario, juxta meam emendationem, non omnia ſolum ſint perſpicua, verum & ſine ulteriori meditatione ultimum caput libri IVti Plinii intellectu perquam facile reddatur, ubi verba ita ſonant: 'POLYBIUS latitudinem Europæ ab Italia ad Oceanum ſcri- 'pſit XI. L. (1150.) M. P. etiam tum incomperta magni- 'tudine ejus. eſt autem ipſius Italiæ XI. XX. (1120.) M. 'ad Alpes. unde per Lugdunum ad portum Morinorum Bri- 'tannicum, qua videtur menſuram agere Polybius XIII. 'XVIII. (1318).M. P. &c. quæ hucusque a nimine recte intellecta fuere. Quomodo, & quo tempore hi BRITANNI in Galliam venerunt, ſupereſt, ut inquiramus. Cæſar qui data occaſione omnes Gallorum nationes enumerat, de Britannis tacet, neque de portu ipſorum Geſſoriaco loquitur, unde jure concludimus, eos Cæſaris tempore ibi non fuiſſe. DIONYSIUS Characenus videtur primus, qui eos hoc verſu nominat (4):

M *ubi*

(1) CÆSAR de Bello Gall. lib. II. cap. 4.

(2) CÆSAR de B. G. lib. V. cap. 23.

(3) Notæ in Cæſar. pag. 124.

(4) Deſcript. orbis v. 284. &c.

——————— *ubi Britanni,*
Albæque gentes habitant martiorum Germanorum,
Hercyniæ ſylvæ præterſalientes montes &c.

Quod ejus commentator EUSTATHIUS Theſſalonicenſis Archiepiſcopus ad Britannos continentem terram incolentes 'pertinere explicat, ita verba faciens (5): Britannorum au-'tem nomen ferentes ſunt e regioneBritannicæ inſulæ. Hic Dionyſius a PLINIO lib. IV. cap. 27. vocatus eſt terrarum orbis ſitus recentiſſimus auctor. unde patet, quod hi Britanni non diu ante ſedem ibi fixerint, atque Geſſoriacum ædificaverint, an vero armorum violentia factum ſit, vel absque ferro, ulteriori disquiſitioni reliquendum erit.

Millium L. &c.] videatur auctor noſter cap. VII. pag. 36.

Ut quidam ſcripſere Stadiorum CCCCL.] ANTONINUS in Itinerariis, & DIO CASSIUS (6); juxta demenſiones recentiores menſurant 39 milliaria Regia ſeu CCCL Stadia a Bononia, (*Boulogne*) usque eo, ubi olim Ritupis ſita erat.

Illinc conſpiciuntur Brittones &c.] E portu *Ambleteuſe*, qui veterum eſt Iccius, ora Angliæ oppoſita, in linea recta tantum 26 milliaria Regia diſtans, ut ex dimenſionibus exactis conſtat, tota perfecte conſpici poteſt.

Virgilius Maro.] Latinos inter Poëtas princeps, in Ecloga prima v. 67.

V. *Agrippa vetus orbis deſcriptor.*] Juliæ Oct. Auguſti Cæſaris filiæ maritus: Primus videtur inter Romanos qui corpus Geographiæ conſcripſit. Fundavit is Romæ PANTHEON, veram omnis bonæ architecturæ epitomen; De eo ejusque Commentariis PLINIUS hoc perhibet teſtimonium (1): AGRIPPAM quidem in tanti viri diligentia, præter-

(5) Edit. Oxoniæ HUDSON. 1717. 8. p. 50. N. 1.

(6) Hiſt. R. lib. XXXIX. pag. 114. conſulas & Phil. Tranſ. n. 193.

(1) Hiſt. Nat. lib: III. cap. 1.

'præterque in hoc opere cura, orbem cum terrarum orbi 'ſpectandum, propoſiturus eſſet, erraſſe quis credat, & 'cum eo Divum AUGUSTUM? Is namque complexam eam 'porticum ex deſtinatione & commentariis M. Agrippa a 'ſorore ejus inchoatam peregit. Nummi ejus in curioſorum reperiuntur Muſæis, in quibus corona navali coronatus cernitur (2), juxta illud DIONIS lib. XLIX. p. 400.

Latitudinem ejus CCC.] Latitudo hæc ab AGRIPPA aſſignata e traditionibus Græcis deſumta eſt, ſatisque bene reſpondet, ſi illa ſumitur, quæ inter oram Walliæ & Norfolciæ eſt, quæ ſola latitudo tres circini menſuras permittit, aliæ omnes latitudines Britanniæ adeo ſunt irregulares, mappam geographicam, perſpiciatur. DIO minimum latitudinem CCC Stadiorum eſſe perhibet (3).

Beda vero rectius CC.] Errat hic RICARDUS. Verba proprie non ſunt ipſius BEDÆ, verum e GILDA mutuata (4), qui iterum ea ex ÆTHICO (5), OROSIO (6), &c. hauſit. documentum hoc eſt inter plura alia, quæ allegari poſſent, ſatis ſufficiens, eum nunquam vidiſſe Gildam. DIO CASSIUS (7) & JORNANDES Epiſcopus latitudinem ad MM.CCCX. Stadia figit (8), quæ æqualia 28875 paſſibus geometricis vel CCLXXXIX mill. Rom. MARCIANUS Heracleota aliam operandi viam ingreſſus, latitudinem Bri'tanniæ ita metitur: Latitudo autem ejus (Albionis) incipit 'quidem juxta Damnonium, quod dicitur etiam Ocrinum 'promontorium; deſinit vero ad Novantum Cherſoneſum, '& ejusdem nominis promontorium: adeo ut latitudo ejus 'juxta maximam lineam ſit Stadiorum MMMLXXXIII. 'id eſt CCCLXXXVI. M. P. plus minus (9).

(2) e Theſauro OYZELIANO XXVII. Tab. 12. exhibet GRÆVIUS in FLORUM pag. 526. Edit. Amſt. 1702. 8. Maj.

(3) Hiſt. Rom. lib. LXXVI. pag. 867.

(4) Supra pag. 67.

(5) Coſmogr. pag. 731. Edit. Gron.

(6) Hiſt. lib. I. cap. 2.

(7) Rom. Hiſt. lib. LXXVI. pag. 867.

(8) in Geticis ſuis.

(9) vide infra pag. 167.

——————— *ubi Britanni,*
Albæque gentes habitant martiorum Germanorum,
Hercyniæ ſylvæ præterſalientes montes &c.

Quod ejus commentator EUSTATHIUS Theſſalonicenſis Archiepiſcopus ad Britannos continentem terram incolentes 'pertinere explicat, ita verba faciens (5): Britannorum au-'tem nomen ferentes ſunt e regioneBritannicæ inſulæ. Hic Dionyſius a PLINIO lib. IV. cap. 27. vocatus eſt terrarum orbis ſitus recentiſſimus auctor. unde patet, quod hi Britanni non diu ante ſedem ibi fixerint, atque Geſſoriacum ædificaverint, an vero armorum violentia factum ſit, vel absque ferro, ulteriori disquiſitioni reliquendum erit.

Millium L. &c.] videatur auctor noſter cap. VII. pag. 36.

Ut quidam ſcripſere Stadiorum CCCCL.] ANTONINUS in Itinerariis, & DIO CASSIUS (6); juxta demenſiones recentiores menſurant 39 milliaria Regia ſeu CCCL Stadia a Bononia, (*Boulogne*) usque eo, ubi olim Ritupis ſita erat.

Illinc conſpiciuntur Brittones &c.] E portu *Ambleteuſe*, qui veterum eſt Iccius, ora Angliæ oppoſita, in linea recta tantum 26 milliaria Regia diſtans, ut ex dimenſionibus exactis conſtat, tota perfecte conſpici poteſt.

Virgilius Maro.] Latinos inter Poëtas princeps, in Ecloga prima v. 67.

V. *Agrippa vetus orbis deſcriptor.*] Juliæ Oct. Auguſti Cæſaris filiæ maritus: Primus videtur inter Romanos qui corpus Geographiæ conſcripſit. Fundavit is Romæ PANTHEON, veram omnis bonæ architecturæ epitomen; De eo ejusque Commentariis PLINIUS hoc perhibet teſtimonium (1): AGRIPPAM quidem in tanti viri diligentia, præter-

(5) Edit. Oxoniæ HUDSON. 1717. 8. p. 50. N. 1.

(6) Hiſt. R. lib. XXXIX. pag. 114. conſulas & Phil. Tranſ. n. 193.

(1) Hiſt. Nat. lib: III. cap. 1.

'præterque in hoc opere cura, orbem cum terrarum orbi 'ſpectandum, propoſiturus eſſet, erraſſe quis credat, & 'cum eo Divum AUGUSTUM? Is namque complexam eam 'porticum ex deſtinatione & commentariis M. Agrippa a 'ſorore ejus inchoatam peregit. Nummi ejus in curioſorum reperiuntur Muſæis, in quibus corona navali coronatus cernitur (2), juxta illud DIONIS lib. XLIX. p. 400.

Latitudinem ejus CCC.] Latitudo hæc ab AGRIPPA aſſignata e traditionibus Græcis deſumta eſt, ſatisque bene reſpondet, ſi illa ſumitur, quæ inter oram Walliæ & Norfolciæ eſt, quæ ſola latitudo tres circini menſuras permittit, aliæ omnes latitudines Britanniæ adeo ſunt irregulares, mappam geographicam, perſpiciatur. DIO minimum latitudinem CCC Stadiorum eſſe perhibet (3).

Beda vero rectius CC.] Errat hic RICARDUS. Verba proprie non ſunt ipſius BEDÆ, verum e GILDA mutuata (4), qui iterum ea ex ÆTHICO (5), OROSIO (6), &c. hauſit. documentum hoc eſt inter plura alia, quæ allegari poſſent, ſatis ſufficiens, eum nunquam vidiſſe Gildam. DIO CASSIUS (7) & JORNANDES Epiſcopus latitudinem ad MM.CCCX. Stadia figit (8), quæ æqualia 28875 paſſibus geometricis vel CCLXXXIX mill. Rom. MARCIANUS Heracleota aliam operandi viam ingreſſus, latitudinem Bri'tanniæ ita metitur: Latitudo autem ejus (Albionis) incipit 'quidem juxta Damnonium, quod dicitur etiam Ocrinum 'promontorium; deſinit vero ad Novantum Cherſoneſum, '& ejusdem nominis promontorium: adeo ut latitudo ejus 'juxta maximam lineam ſit Stadiorum MMMLXXXIII. 'id eſt CCCLXXXVI. M. P. plus minus (9).

(2) e Theſauro OYZELIANO XXVII. Tab. 12. exhibet GRÆVIUS in FLORUM pag. 526. Edit. Amſt. 1702. 8. Maj.

(3) Hiſt. Rom. lib. LXXVI. pag. 867.

(4) Supra pag. 67.

(5) Coſmogr. pag. 731. Edit. Gron.

(6) Hiſt. lib. I. cap. 2.

(7) Rom. Hiſt. lib. LXXVI. pag. 867.

(8) in Geticis ſuis.

(9) vide infra pag. 167.

Diverſorum promuntoriorum &c.] Quales ſunt *Cornwal*, *Pembrokeſhire*, *Carnavonſhire &c.*

Quadragies octies ſeptuaginta quinque M. P.] Verba reperiuntur in BEDA (10), ISIDORO Hiſpalenſi (11), JULIO SOLINO (12), &c. Commentator hujus vetus ita verba 'Soliniana explicat (13) : circuitus Britanniæ quadragies 'octies LXXV ſunt. ſi quis voluerit ipſius circuitus menſu-'ram ſcriptam ab Julio facilius intelligere ccc d cccc es, 'ſive d cccc cccc es fore cognoſcat. Sed ſi alicui tardanti 'ingenio hæc dimenſio non ſatisfecerit, miliarios lapides 'eſſe fingat, in quibus xxx (14) lapidum, & d c ſimpli-'citer lapides fieri quis dubitabit? Sequitur hunc forſitan RICARDUS noſter Cap. II. 5. cum doctiſſimo D. SMITH (15), qui in iis, quas in Bedæ paginam 40 concinnavit notas, explicat per tria millia ſexingenta milliaria; error hic eſt in quem plures alii viri, cetroquin optimi incidere. Duas priores figuras in ultimas ducere videntur, quod nunquam ab ullo Romanorum auctore intendi novi cum certiſſimis. Subintellectum tantum voluere vocabulum *centena*, & hunc in modum ſcripſere $\overline{\text{XLVIII}}$. LXXV. modus loquendi erat, quaſi noſtra lingua diceremus (4875) *Forty eight hundred ſeventy five Miles*, vel Germanice: **Acht und vierzig hundert, fünf und ſiebenzig.** Aſt cum maximus commentatorum numerus hoc non attenderit, inde maxima editionum Plinii pars, immo omnes, confuſæ reperiuntur, quippe lineolam primis litteris ſuperimpoſitam, quæ centenarium indigitat numerum millenarium indicare, præcario aſſumunt. Legitur hinc in Plinio XIII. M. XVIII. (13018.) loco $\overline{\text{XIII}}$. XVIII. (1318.) quo ipſo, toto cœlo a vero diſtant. Methodum meam rectiſſimam eſſe appa-

ret,

(10) Hiſt. Eccl. lib. I. cap. 1.

(11) Origin. lib. XIV. cap. 6.

(12) caput de Brit.

(13) ap. SALMASIUM. Plin. Exercit. cap. 23.

(14) $\overline{\text{XXX}}$ oportet legere.

(15) Editor BEDÆ oper. Cantabr. 1722. Fol. Maj.

ret, ſi CAPELLAM cum PLINIO, cujus ille fidus eſt transſcriptor, conferimus nulla ſane de certitudine ejusdem mihi ſupereſt dubium, quicquid alii in contrarium ſcripſerunt, cum PLINIUM ipſum a partibus meis habeam, ita dicen-'tem: Univerſum Orbis circuitum ERATOSTHENES, ducen-'torum quinquaginta duorum millium Stadium prodidit. 'quæ menſura Romana computatione efficit trecenties quin-'decies centena millia paſſuum (16). Et verum id quidem. 'nam Stadium CXXV paſſibus conſtat (17). proinde ſi 252,000 per 125 multiplices, fiunt 31500,000 paſſuum.

Marcianus author Græcus.] Auctor ſupranominatus, ex Heraclea Ponti oriundus, unde Heracleota dictus, reliquit nobis Periplum percurioſum, quem HUDSON noſter lingua Græca, addita verſione ſua latina, publici juris fecit. Reperies illum in volumine I. Geographiæ veteris ſcriptorum Græcorum minorum, Oxonii e Theatro Sheldon. 1698. 8. quæ de inſulis Britannicis habet ex PTOLEMÆO & PROTAGORA deſumta videntur. Locus vero quem RICARDUS noſter refert, eſt pag. 59. ubi univerſa, inquit, 'peripli totius Albionis inſulæ Stadia non plura 28604 [id 'eſt 3575. M. P. & dimidium,] non pauciora ſtadiis 20526. [ſive 2576. M. P. fere] inde patet auctorem noſtrum majorem numerum recepiſſe.

MDIↃↃLXXV *milliaria.*] Qui Monachus noſter in hunc mirum computum inciderit, non video, cum nunquam ſimile quid invenerim. Mentem ejus capere non potuiſſem, ni MARCIANUM in hoc ſibi conſentientem appellaſſet. Jam auctor hic, ut nuper dictum, duplum affert numerum, quorum maximus 3575 Milliaria cum dimidio complectitur. unde liquet MD a numero IↃↃLXXV. ſubtrahenda eſſe ſic: 5075 — 1500 = 3575.

(16) Nat. Hiſt. lib. II. cap. 108.

(17) CENSORINUS de die nat. cap. 13.

NOTÆ IN CAP. II.

1. *Brittania Magna &c.*] Ab ARISTIDE Rhetore ſimpliciter MAGNA vocata INSULA (1) etiam a priſcis Hiberniæ incolis (2). jam vero peractis tot ſeculis, totque revolutionibus ac mutationibus vetus ſuum nomen MAGNÆ BRITANNIÆ hodie vindicavit.

II. A Chryſoſthomo authore Græco.] Probabiliter DIONEM Pruſæum Chryſoſtomum cognominatum celebrem Oratorem putat, contemporaneum Trajano Imperatori, ejusque triumphi participem (3), qui in Geticis ſuis, vel aliis operibus jam deperditis id aſſertum ivit. In epitome Strabonis a HUDSONE publicata Vol. II. (4) epitheton Magnæ reperio pag. 21 & 38. additum ab Epitomatore. verum inde concludere Chryſoſtomum hunc appellari nimiæ foret audaciæ. verum eſt, JOHANNEM CHRYSOSTOMUM in plurimis ſcriptis ſuis Britannicarum inſularum injicere mentionem, nusquam vero adjunxit Britanniæ ipſi cognomen Magnæ, niſi aciem occulorum meorum effugerit (5).

Natura triquetra &c.] Inter Septemtrionem, & occidentem projecta, grandi angulo Rheni oſtia proſpicit, deinde obliqua retro latera abſtrahit, altero Galliam, altero Germaniam ſpectans: tum rurſus perpetuo margine directi littoris ab tergo abducta, iterum ſe in diverſos angulos cuneat triquetra, & Siciliæ maxime ſimilis, plana, ingens, fecunda &c. (6). Opinio a CÆSARE accepta (7), & plurimis, qui eum ſequuntur, auctoribus propagata, verbi cauſa, a DIODORO (8), STRABONE (9) &c.

Unum

(1) In oratione Ægyptiaca.

(2) OGYG. p. 11. 12. &c. INIS MOR. apud CAMBD. Brit. p. VI. (h)

(3) PHILOSTR. Dion.

(4) Geogr. ſcript. Græcorum min. 8. Oxoniæ 1703.

(5) vide ſupra pag. 158. N. 52.

(6) MELA de Situ Orbis lib. III. cap. 6.

(7) Comment. de B. G. lib. V. cap. 13.

(8) Biblioth. Hiſt. lib. V. cap. 21.

(9) Geogr. lib. IV. p. 199.

Unum latus eſt contra Gallicam Celticam &c.] Id eſt, tota Britanniæ ora meridionalis ad Canalem Britannicum ſita & Galliæ oppoſita, juxta verba auctoris, ex CÆSARE (10) deſumta.

Ad Cantium &c.] Infra lib. I. cap. 6. §. 5 & 7. deſcribitur. vulgo: *the North Foreland of Kent.*

Ad Ocrinum &c.] Infra lib. I. cap. 6. §. 16. ejus mentionem facit, hodie *the Lizard Point*, navigantibus notiſſimum.

Ad meridiem & Hiſpaniam Tarracon:] Revera ita eſt, vergit enim in linea recta ad *Cabo de las Penuas.* Illuſtrat hoc AGATHEMERUM, qui lib. II. cap. 4. de Geographia, ‘ita loquitur: Albion, in qua caſtra etiam exſtructa, ma‘xima & longiſſima eſt. ſiquidem incipiens a ſeptentrionibus ‘accedit medium Tarraconenſis, ad orientem usque ad media ‘ferme Germaniæ.

Millia Paſſ. D.] Secundum dimenſiones recenter factas 367 milliaria Anglicana Regia dimenſa (11), quæ CCCC Romana efficiunt, hæc longitudo eſt lateris, quam RICARDUS noſter infra ei tribuit. Attamen illa a CÆSARE tradita longitudo non eſt nimia, parumque a vero aberrans, ſi per ambages oras maritimas menſuraverimus, reſpectu ejus quam DIODORUS exhibet VII. M. D. Stadiorum (12), aut DCCCC.XXXVII. milliarium cum dimidio, aut STRABONIS VM. Stadiis (13), quæ tamen DCXXV milliaria Romana ſunt.

Alterum latus &c.] Latus Occidentale Britanniæ.

Vergit ad Hyberniam &c.] Cum e diametro oppoſitum ſit oris occidentalibus Albionis.

Veterum

(10) de Bell. Gall. lib. V. cap. 13.

(11) Philoſ. Tranſ. N. 330. pag. 266.

(12) Bibl. Hiſt. lib. V. cap. 21.

(13) Geogr. lib. II. pag. 63 & 128.

Veterum opinio &c.] Cæsar ita habet: ut fert illorum opinio (1), vel Britannorum, vel potius mercatorum, aut Druidum Gallicorum. certus ſum, eum hoc e Græcis non hauſiſſe ſcriptoribus.

DCC. Mill. Paſſ.] Diodorus Siculus vocat hoc ultimum latus, ejusque longitudini aſcribit XXM Stadia (2) vel MMD. M. P. Ricardus infra in proxima ſectione M. milliarium eſſe dicit, & Strabo unicuique lateri Britanniæ circiter IVM.CCC. vel IVM.CCCC. Stadia aſſignat (3). Si per ambages computamus, longiſſimum omnino latus inſulæ eſt, licet non excedat 1070 milliaria.

III. *Septemtriones.*] Notiſſima ſeptentrionalis conſtellatio, ab Aſtronomis Urſa major dicta, quam, Homero auctore:

Urſamque, quam & Plauſtrum cognomine vocant,
Quæ ibidem vertitur & Oriona obſervat:
Sola autem expers eſt undarum Oceani (1).

Cui parti nulla eſt objecta &c.] Scilicet toti inſulæ acervo hodie ſub nominibus *Orkney*, *Hitland*, & *Ferro*, noto.

Ad Germaniam magnam &c.] Ita a Græcis dictam. comprehendebat hæc hodiernum Germaniæ Imperium, Belgium, Daniam, Norvegiam &c.

Novantum cherſoneſo.] Deſcriptam hanc vide Cap. IV. §. 40. hodie *the Mule of Galloway* in Scotia. locus maximæ verſus meridiem vergens, quem credidere extremam partem ſeptentrionalem hujus Regni falſo veteres (2). Ita eos emendavimus.

Per Taixalorum regionis angulum.] Similiter deſcriptum infra Cap. VI. 46. hodie *Buchaneſs.*

DCCC. M. P. &c.] Quod Diodorus alterum a freto ad verticem aſſurgens latus, Stadium XVM. habere dicit (3). id eſt. M DCCC LXXV. Mill. paſſ. quod erroneè Mona-

(1) de Bell. Gall. lib. V. cap. 13.
(2) Bibl. Hiſt. lib. V. cap. 21.
(3) Geogr. lib. IV. p. 199.

(1) Iliad Σ 487.
(2) PTOLEMÆUS, &c.
(3) Bibl. Hiſt. lib. V. cap. 21.

Monachus noſter ad MMCC. evehit, qua niſus auctoritate, non conſtat.

Omnes &c.] Certe non alius, præter Cæſarem ejusque ſequaces vel tranſcriptores. Cæsar vero, quod notatu dignum eſt, a Druidibus didicit, etenim vicies centena Mill. paſſ. ab hoc Imperatore aſſignatus circuitus complectitur (4), nullum vero ipſo tempore poſteriorum invenimus in hoc ipſi conſentientem, licet is proxime ad veritatem acceſſerit, immo Diodorus ipſi contemporaneus 5312½ M. P. ſtatuit (5). Strabo, Auguſto imperante florens 1712½ habet (6), verum, quod dolendum! textus totus eſt corruptus, & mutilatus in hac deſcriptione, quod ex ejusdem libro ſecundo videri poteſt, ex quo etiam textus partim ſupplendus (7). Plinius ſub Veſpaſiano, ex Isidoro Characeno tricies octies viginti quinque (8), aut 3825. M. P. habet. Sequitur ipſum fideliter M. Capella (9). In Solino, qui Conſtantini tempore vixit, quadragies octies ſeptuaginta quinque (ut ſupra) leguntur (10), quod ex errore Ricardus noſter MMM CCCCCC interpretatur. Pytheas Maſſilienſis ambitum inſulæ majorem eſſe XLM Stadia ſeu 5000 M. P. ſecundum Strabonem (11), quod monſtrat Plinium emendandum eſſe, ubi Pythiæ computum Iſidori calculo æqualem dicit (12), vel potius hunc, ni utrumque omiſit.

Sed errant &c.] Atque in id genus rebus vix atque vix ulla eſt via evitandi errores. Rationem cur & veteres & recentiores in emetiendo regionum circuitus diſſentientes adeo inveniamus, indicat nobis Plinius dicens (13) —— ‘quæ cauſa magnos errores computatione menſuræ ſæpius ‘parit & dum alibi mutato provinciarum modo, alibi iti-

‘nerum

(4) de Bell. Gall. lib. V. cap. 13.
(5) Bibl. Hiſt. lib. V. cap. 21.
(6) Geogr. lib. IV. p. 199.
(7) ibid. lib. II. pag. 128.
(8) N. H. lib. IV. c. 16.
(9) lib. IV. pag. 215.
(10) cap. de Brit.
(11) Geogr. lib. II. pag. 104.
(12) N. H. lib. IV. c. 16.
(13) N. H. lib. III. c. 1.

'nerum auctis aut diminutis paſſibus, incubuere maria tam 'longo ævo, alibi proceſſere littora, torſere ſe & flumi- 'num aut correxere flexus. Præterea aliunde aliis exor- 'dium menſuræ eſt, & alia meatus: ita fit, ut nulli duo 'concinant.

CCCC. M. P.] Diſtantia hæc, ſi de ea quæ in linea recta promontoria duo, quorum facta eſt mentio, interjacet, exactiſſima omnium, quarum mentionem injiciunt veteres, videtur eſſe; verum ſi dimenſio intelligitur, quæ ad Canalem ſitæ ſunt, orarum maritimarum, manifeſto nimis parva eſt, & correctio locum heic non habet, cum accurata congruat cum D. M. P. Cæſaris. Doct. N. Grew aſſerit, inde a promontorio meridionali Cantii *the South Foreland*, ad promontorium Antiveſtæum, *the Land's End*, eſſe 367 perambulatore menſurata (*wheel-meaſured*) milliaria (14), quæ plus minus æqualia ſunt CCCCI. Mill. Paſſ.

M. Mill. Paſſ. &c.] Unde Ricardus noſter, has correctiones hauſerit, niſi ex ſcholiis quibusdam Cæsaris, Solini, Bedæ &c. conjecturatu perquam difficile, præcipue cum ipſum Cap. I. §. 5. cum Marciano Heracleota conſentientem, jam vero diſſentientem videamus, etenim auctor, ut ſupra (15) diximus, diſtantiam, quæ in linea recta eſt Ocrinum inter & Novantum 386 M. P. ponit id quod Monachus noſter ad 1000 evehit, qui numerus fere triplo major eſt. Quod ad totum, quem ſtatuit, circuitum numeris rotundis MMMCCCCCC complexum attinet, cum tantum ad XXIV M. P. excedat priorem 3575 milliarium nullam meretur iſta differentia attentionem. me judice Benedictinus noſter fidelis videtur compilator, & bono animo præditus, verum talis, qui nunquam ultimam limam admovit commentariolo ſuo, licet memoriæ minus fideli laboraſſe nec accuratum ſatis fuiſſe non credam, defectus vero iſtius rationem diſceptationem eum inter & Antiſtitem ſuum, de qua terminis ſatis patheticis loquitur pagina 35. 49. & 56. fuiſſe credo. Inde conſtat, cur

(14) Philoſ. Tranſ. N° 330. pag. 266.

(15) pag. 2. & 165.

cur Silures Hiſpaniam verſus habitare doceat, in quo TACITO ſequitur (16), verum perſuaſus ſum, ſi opus ſuum attente reviſerit, MAPPAM ejus ipſi errorem omnem eripuiſſe. verum autem vero, quid dicatur in excuſationem celebris cujusdam auctoris ex recentioribus, qui Herculis promontorium in parte Devoniæ verſus Caurum (*the North Weſt*) collocat, narratque illud a ſitu in hac inſulæ parte, quæ Herculis columnas ſeu Gades reſpicit (eodem jure Caput bonæ ſpei dixiſſet) nomen cepiſſe (17). Attamen ſi de Ocrino dixiſſet illud, ejus in gratiam, licet impropriiſſeme dictum, admittere tamen potuiſſemus.

IV. *Formam totius Brittaniæ &c.*] Formæ regionibus tributæ mere ſunt imaginariæ, e fructifera ſpectatorum imaginatione reſultantes, cum ipſæ propter inæqualitates partium perfectæ figuræ ſint incapaces. Sic ubi videmus STRABONEM Orbem univerſum chlamydi aſſimilare (1), DIONYSIUM eum fundæ ſimilem fingere (2), STRABONEM Hiſpaniæ pellis bovinæ ſpeciem aſcribere (3), POLYBIUM Italiæ formam trigoni, PLINIUM & SOLINUM querno folio ſimilem referre (4), LIVIUM Britanniæ noſtræ ſcutulæ figuram (5), FABIUM bipennis (6), & ALSHERIF ALEDRESY (aut Geographum Nubienſem) Strutiocameli ſimilitudinem tribuere (7), condonare illis, æquique & boni illud conſulere decet, nec iis ſolum verum & recentioribus qui Angliam, armum ovillum (*a Shoulder of Mutton*) Galliam, uropygium bovis (*a Rump of Beef*) Hiberniam, peltam Amazonicam; Islandiam, aſſellum (*a Stock-fiſh*) inſigne hujus inſulæ; Cimbricam cherſoneſum, linguam

(16) Vita Agricolæ c. II.

(17) N. SALMON'S new Survey of England Vol. II. p. 841.

(1) Geogr. lib. II. pag. 118 & 122.

(2) Deſcriptio orbis v. 7.

(3) Geogr. lib. II. pag. 127 & 137.

(4) POLYBIUS lib. II. pag. 142. PLIN. N. H. lib. III. cap. 5. SOLINUS cap. VIII.

(5) Hiſt. Rom. lib. CV. apud TACITUM vita Agr. cap. 10.

(6) apud TACITUM l. c.

(7) Climat. 7. part. 2. pag. 272.

caninem; Belgium, leonem exſilientem; Italiam, ocream; totam Europam virginem; Americam clepſydram &c. repreſentare dicunt.

Sed Cæſare &c.] Ita etiam Diodorus Siculus (8), Strabo Cappadox (9), Pomponius Mela (10) &c. eam triquetræ vel triquadræ dixere ſimilem; quod licet non omnino ſtricte ſatis congruat, attamen optime hac figura geometrica complexam dixeris. Linea a Cantio ad Antiveſtæum ducta eſt baſis 367 milliarium, duplum hujus longitudinis detur utrique cruri in *Ferro Head* promontorio, ſive *Cape Wreath* terminato, Δ iſoſceles 1835 milliarium menſuratorum in circuitu complectens habes, monſtrans geometricum circuitum Magnæ Britanniæ, tantum ad unum milliare a celeberrimi Cambdeni computo aliis operationibus nixo (11), differentem, quod ipſum notatu eſt digniſſimum. Palam eſt figuram hanc totam ſuperficiem inſulæ continere 134689 milliaribus quadratis, cum, quæ in mari exſtant, partes cum iis quæ mari ingreſſum permittunt, accuratiſſime mire congruant. Additur jam ſuperficies unius cruris, propter crenatas orarum inciſiones, quod, experientia teſte, nimium non eſt, integer circuitus Albionis geographicus prodibit æqualis 2569 milliaribus Regiis: ſive vicies octies centenis novem millibus paſſuum, id eſt 2809 milliaribus Romanis, quod mihi cogi-

(8) Bibl. Hiſt. lib. V. cap. 21.

(9) Geogr. lib. IV. pag. 199.

(10) De ſitu orbis lib. III. cap. 6.

(11) Noſtra autem ætas ex multis multorum itineribus certam quodammodo totius inſulæ jam deprehendit dimenſionem, a *Tarviſio* enim circumactis curvatisque littoribus per occaſum ad *Belerium* plus minus DCCCXII. mill. paſſ. numerantur, inde converſa in auſtrum littoris fronte ad *Cantium* CCCXX. mill. paſſ. Hinc ſecundum Germanicum mare anguloſis receſſibus per DCCIIII. mill. paſſ. ad *Tarviſium* protenditur, ut hac ratione totius inſulæ ambitus M.DCCCXXVI. mill. colligat. *Brit. pag.* 2. id eſt 2140 milliaria Regia Statutaria.

cogitandi anſam præbet, PLINII tricies octies vigintiquinque M. P. corrigenda eſſe (12), ut ſint vicies octies vigintiquinque, tuncque remanet tantum differentia XVI. M. P. quam pro nihilo omnino reputare licet.

V. *Si Ptolemæo &c.*] CLAUDIUS PTOLEMÆUS Aſtronomus & Geographus celeberrimus, (Patriæ Peluſiota), qui & Alexandrini nomen fert, non quod Alexandriæ natus ſit, ſed quia obſervationes ſuas ibi inſtituit. RICARDUS noſter ſimul cum aliis Monachis eum Regem Ægypti facit (1). ſcripſit ille IIX libros Geographiæ, quibus aliorum ſui temporis errores correxit. Liber II, III, IV, V & VI, ſi non integrum opus, videntur non eſſe niſi corrupta & jejuna epitome, rationes, quæ huc faciunt, non ſunt hujus loci, innituntur vero, iis, quæ occurrunt in MARCIANO JORNANDE (2), RAVENNATE &c.

Litteram Z ſed inverſam &c.] Hoc ipſiſſimum illud videtur, quod TACITUS ſupra, per immenſum & enorme ſpatium indigitat, CÆSARque innuit, dicens, lateris orientis angulum maxime ad Germaniam ſpectare (3), quæ opinio in tantum invaluit, ut etiam ad ſeculum XIVtum firma manſerit. Apparet hoc ex illo GEMMÆ FRYSII, de Orbis diviſione cap. 4. " contendunt, inquit, hic multi, 'præcipue noſtri ſæculi, Geographi, ſuperiorem angulum 'Scotiæ non eo modo in ortum prominere quemadmodum 'Ptolemæus ac noſtri Globi deſcriptio habet. Verum his '(quam nihil habeant, quo id edocere poſſint) temere fides 'adhibenda non eſt, imo ipſimet Scoti, nobis inquirenti-

 'bus,

(12) N. Hiſt. lib. IV. cap. 16.

(1) Supra pag. 24 & 45. ANONYMUS RAVENN. Geogr. lib. IV. cap. 4 & 11. Frontem codicis, qui in Biblioth. D. Marci Venetiis extat, ornat effigies PTOLEMÆI, veſtitu regio induti, impoſita capiti corona, error eſt, nonnullis quoque viris recentioris ac medii ævi. SYMONI GRYNÆO in Præfat. ad Almageſtum Baſileæ 1538 &c. et, ut VOSSIUS de Scient. Mathemat. pag. 162. teſtatur, ante eum aliis.

(2) Lib. de rebus Geticis.

(3) De Bell. Gall. lib. V. cap. 13.

'bus, in orientem ſolem latus extare, feſſi ſunt. Hi e Scylla Charybdin incidentes, polos mutatos eſſe ſupponunt (4), unde iis ceu melius fundamentum cum ſuperædificent ſuam Theoriam, notam meam pag. 151. N. 67. commendatam volo.

Mapparum inſpectio.] Propriam veroſimiliter putat auctor, ſed aliter ſentiunt noſtri ævi eruditi (5).

Ut caput hoc completum reddamus in deſcribendis oris Albionis ſubſiſtimus, ut jam a PTOLEMÆO deſcriptæ ſunt(6), ad minimum in iis, quæ nomen ejus habent, libris, partes interiores, notasque reſervaturi donec ad loca, quorſum pertinent, pervenerimus.

ALBIONIS INSULÆ BRITANNIÆ SITUS.

Septentrionalis lateris deſcriptio, quod alluit Oceanus, qui vocatur Deucaledonius. Novantum Cherſoneſus, & ejusdem nominis promontorium habet	Longit. 21.00.	Lat. 61.40.	*Mull of Galloway.*
Rerigonius Sinus	20.30.	60.45.	*Loch Rian.*
Vidotara Sinus.	21.20.	60.30.	*Air Bay.*
Clota æſtuarium.	22.15.	59.40.	*Clyd Mouth.*
Lelannonius Sinus.	24.00.	60.40.	*Loch Fyn.*
Epidium promont.	23.00.	60.40.	*Mull of Cantyr.*
*Longi fluv. oſtia.	24.00.	60.40.	*Loch Long.*
Itys fluv. oſtia.	27.00.	60.00.	*Loch Etyf.*
Volſas Sinus.	29.00.	60.30.	*Loch Yoll.*
Nabæi fluv. oſtia.	30.00.	60.30.	*Navern River.*
Tarvedum, quod Orcas promontorium	31.20.	60.15.	*Dungsbyhead.*
Occidentalis lateris deſcriptio, quod Ibernicus ac Vergivius alluit Oceanus. Poſt Novantum Cherſoneſum quæ habet	21.00.	61.40.	*Mull of Galloway.*

Abravanni

(4) Vide HORSLEY'S Britannia Romana pag. 361. nec non Philoſ. Tranſact. N. 190. 241. 255.

(5) Vide D. STUKELEYS Carauſius pag. 134. & 169. &c

(6) Geogr. lib. II. cap. 3.

	o ′	o ′	
Abravanni fluv. oſt.	19.20.	61.00.	*Glenluce Bay.*
Jenæ æſtuarium.	19.00.	60.30.	*Wigtown Bay.*
Devæ fluv. oſtia.	18.00.	60.00.	*Dee River.*
Novii fluv. oſtia.	18.20.	59.30.	*Nith River.*
Ituna æſtuarium.	18.30.	58.45.	*Eden Mouth. or Solway Fyrth.*
Moricambe æſtuar.	17.30.	58.20.	*Can River Mouth.*
Setantiorum portus.	17.20.	57.45.	*Lancaſter.*
Beliſama æſtuarium	17.30.	57.20.	*Ribble River.*
Seteia æſtuarium.	17.00.	57.00.	*Merſey River.*
Toiſobii fluv. oſt.	15.40.	56.20.	*Conwey River.*
Cancanorum prom.	15.00.	56.00.	*Brachypult Point.*
Stuciæ fluv. oſtia.	15.20.	55.30.	*Dovye River.*
Tuerobii fluv. oſt.	15.00.	55.00.	*Tyvi River.*
Octapitarum prom.	14.20.	54.30.	*The Biſhop & Clarks.*
Tobii fluv. oſtia	15.30.	54.30.	*Tovy River.*
Ratoſtathybii fluv. oſt.	16.30.	54.30.	*Wye River.*
Sabriani æſtuar.	17.20.	54.30.	*Severn Sea.*
Vexala æſtuar.	16.00.	53.30.	*Huntſpil Water.*
Herculis promont.	14.00.	53.00.	*Hartland Point.*
Antiveſtæum promont. quod etiam dicitur Bolerium	11.00.	52.30.	*Land's End.*
Damnonium quod etiam dicitur Ocrinum promontor.	12.00.	51.30.	*Lizard Point.*
Reliqui Meridionalis lateris deſcriptio, quod Britannicus Oceanus alluit. Poſt Ocrinum promontorium Cenionis fluv. oſtia.	14.00.	51.45.	*Valle River.*
Tamari fluv. oſtia.	15.40.	52.10.	*Tamar River.*
Iſacæ fluv. oſtia	17.00.	52.20.	*Ex River.*
Alaini fluv. oſtia	17.40.	52.40	*Chriſt Church Bay.*
Magnus portus	19.00.	53.00.	*Portsmouth.*
Triſantonis fluv. oſtia	20.20.	53.00.	*Arundel River.*
Novus portus	21.00.	53.30.	*at Eaſtborne.*
Cantium promontor.	22.00.	54.00.	*North Foreland.*
Orientalis deinde ac auſtralis plagæ latera, quæ Germanico alluuntur Oceano,			

deſcribun-

‹bus, in orientem ſolem latus extare, feſſi ſunt. Hi e Scylla Charybdin incidentes, polos mutatos eſſe ſupponunt (4), unde iis ceu melius fundamentum cum ſuperædificent ſuam Theoriam, notam meam pag. 151. N. 67. commendatam volo.

Mapparum inſpectio.] Propriam veroſimiliter putat auctor, ſed aliter ſentiunt noſtri ævi eruditi (5).

Ut caput hoc completum reddamus in deſcribendis oris Albionis ſubſiſtimus, ut jam a PTOLEMÆO deſcriptæ ſunt(6), ad minimum in iis, quæ nomen ejus habent, libris, partes interiores, notasque reſervaturi donec ad loca, quorſum pertinent, pervenerimus.

ALBIONIS INSULÆ BRITANNIÆ SITUS.

Septentrionalis lateris deſcriptio, quod alluit Oceanus, qui vocatur Deucaledonius. Novantum Cherſoneſus, & ejusdem nominis promontorium habet	Longit. 21.00.	Lat. 61.40.	*Mull of Galloway.*
Rerigonius Sinus	20.30.	60.45.	*Loch Rian.*
Vidotara Sinus.	21.20.	60.30.	*Air Bay.*
Clota æſtuarium.	22.15.	59.40.	*Clyd Mouth.*
Lelannonius Sinus.	24.00.	60.40.	*Loch Fyn.*
Epidium promont.	23.00.	60.40.	*Mull of Cantyr.*
*Longi fluv. oſtia.	24.00.	60.40.	*Loch Long.*
Itys fluv. oſtia.	27.00.	60.00.	*Loch Etyf.*
Volſas Sinus.	29.00.	60.30.	*Loch Yoll.*
Nabæi fluv. oſtia.	30.00.	60.30.	*Navern River.*
Tarvedum, quod Orcas promontorium	31.20.	60.15.	*Dungshyhead.*
Occidentalis lateris deſcriptio, quod Ibernicus ac Vergivius alluit Oceanus. Poſt Novantum Cherſoneſum quæ habet	21.00.	61.40.	*Mull of Galloway.*

Abravanni

(4) Vide HORSLEY'S Britannia Romana pag. 361. nec non Philoſ. Tranſact. N. 190. 241. 255.

(5) Vide D. STUKELEYS Carauſius pag. 134. & 169. &c

(6) Geogr. lib. II. cap. 3.

	o ′	o ′	
Abravanni fluv. oſt.	19.20.	61.00.	*Glenluce Bay.*
Jenæ æſtuarium.	19.00.	60.30.	*Wigtown Bay.*
Devæ fluv. oſtia.	18.00.	60.00.	*Dee River.*
Novii fluv. oſtia.	18.20.	59.30.	*Nith River.*
Ituna æſtuarium.	18.30.	58.45.	*Eden Mouth. or Solway Fyrth.*
Moricambe æſtuar.	17.30.	58.20.	*Can River Mouth.*
Setantiorum portus.	17.20.	57.45.	*Lancaſter.*
Beliſama æſtuarium	17.30.	57.20.	*Ribble River.*
Seteia æſtuarium.	17.00.	57.00.	*Merſey River.*
Toiſobii fluv. oſt.	15.40.	56.20.	*Conwey River.*
Cancanorum prom.	15.00.	56.00.	*Brachypult Point.*
Stuciæ fluv. oſtia.	15.20.	55.30.	*Dovye River.*
Tuerobii fluv. oſt.	15.00.	55.00.	*Tyvi River.*
Octapitarum prom.	14.20.	54.30.	*The Biſhop & Clarks.*
Tobii fluv. oſtia	15.30.	54.30.	*Tovy River.*
Ratoſtathybii fluv. oſt.	16.30.	54.30.	*Wye River.*
Sabriani æſtuar.	17.20.	54.30.	*Severn Sea.*
Vexala æſtuar.	16.00.	53.30.	*Huntſpil Water.*
Herculis promont.	14.00.	53.00.	*Hartland Point.*
Antiveſtæum promont. quod etiam dicitur Bolerium	11.00.	52.30.	*Land's End.*
Damnonium quod etiam dicitur Ocrinum promontor.	12.00.	51.30.	*Lizard Point.*
Reliqui Meridionalis lateris deſcriptio, quod Britannicus Oceanus alluit. Poſt Ocrinum promontorium Cenionis fluv. oſtia.	14.00.	51.45.	*Valle River.*
